tio homo ita erubeſcit ſicut de hoc. ita q̃ vix
audeat ↄfiteri ex ↄfuſione. ¶ Tertiõ cõſumit
vitã Geñ. Plures occidit voluptas q̃ gladi⁹.
Et q̃dã ſapiẽs eã deſcribens ait. Luxuria eſt
ĩordinata carnis petulancia. dulce venenũ. ĩ⸗
portuna lues. pernitioſa potio. que corpus
humanũ debilitat. ⁊ virilis animi robur ener
uat. Unam ex rationibus quare antiqui pa⸗
tres tantum viuebant ⁊ robuſti. nunc autem
paruo tempore ⁊ pleni debilitate hãc eſſe pu
to q̃ erant magis ↄtinentes. tarde ↄtrahebãt
matrimonium interim ſeruando caſtitatem.
nunc autẽ a puericia incipiunt pleni eſſe lu
xurijs. nimis cito contrahunt matrimoniuʒ.
ſed ſi differunt: perpetrant innumera mala.
Quidam in magna dignitate conſtitutus d̃⸗
ditus luxurijs cum meretrice ĩuentus ẽ mor⸗
tuus vt narrat cronica martiniana. Amon
ex amore turpi luxurioſo infirmatus eſt gra
uiter. ij Regum. xiij. Et ſimiliter filius prefe
cti romani infirmatus quem ob libidinẽ quã
ſequi volebat ſuffocatuʒ a diabolo reſuſcita⸗
uit Agnes virgo ⁊ martir ſanctiſſima. vt ſcri
bit Ambroſius.
Quot toxicantur!
Quot violenter occiduntur!
Quot infirmantur!
Quot detruncantur!
Quot infatuantur!
Quot in via preſenti a domino in punitionẽ
priuantur!
Certe innumeri. ¶ Quarto ↄſumit mentalẽ
ĩtelligenciam pſalmiſta. Supercecidit ignis.
ſ. luxurie. et non viderunt ſolem. i. lumen ra⸗
tionis. Unde de ſenibus luxurioſis qui queſie
runt Suſannam ad nepharium opus ſecum
trahere dicitur Danielis. xiij. q̃ auerterunt
oculos ſuos. ſ. mentis ne viderent celum: neq̃
recordarentur iuditiorum iuſtorũ. In hui⁹
figuram legitur q̃ Samſon poſtq̃ adamauit
Dalidam deceptus ab ea excecatus eſt Judic.
xvj. Sic qui deuincitur a concupiſcencia car
nis. abſtractus ⁊ illectus ⁊ quaſi d̃ceptus ex⸗
cecatur a demonijs vt non conſideret offenſã
dei. ⁊ mala multa incurrit. Unde ⁊ Seneca ĩ
prologo declamans ait. Nihil eſt tammorti⸗
ferum ingenijs q̃ luxuria. Siquidem ratio⸗
nem ꝑturbat. intellectum hebetat. memoriaʒ
eneruat. obliuionem immittit. errorem ĩfun
dit. ignorantiam inducit. et hominem quaſi
beſtiam facit. Philoſophus etiam dicit ĩ. vj.
ethicorum q̃ intantuʒ actus ille venereus ra
tionem abſorbet q̃ impoſſibile eſt aliquid in⸗
telligere ĩ ipa d̃lectatõe tali. ¶ Quĩto ↄſumit
q̃etem mẽtis et mundiciã ꝓuer. xxij. dicitur.

Qui diligit cordis mũdiciã diligetur a dño.
Sed certe etiam corporis mundiciam diligit
dominus. vt patet per ea que ordinauit in ve
teri lege. ex qua immundi corpore arceban⸗
tur a templi ingreſſu. ⁊ ĩ nouo tractaturi ali
quid ſacrum non niſi mundatis ſeu lotis ma
nibus hoc audent. Sed luxuria tollit vtrãq̃
mundiciam pluſq̃ alia vitia. Mentem enim
implet varijs paſſionibus. et inquietudinib⁹
ſuſpitionum ⁊ vitijs. Unde Hieronimus in li
bro contra Jouinianuʒ ait. Amor forme mu
lieris rationis obliuio eſt. ⁊ inſanie primus.
minimeq̃ conueniens animo ſapientum. Al
tos ⁊ generoſos ſpiritus frangit. et de altiſſi⸗
mis cogitationibus ad humilimas detrahit.
queruloſos. iracundos. temerarios. dure im⸗
perioſos. ⁊ ſeruiliter blandos facit. et cũ fru⸗
endi cupiditate inſaciabili flagrat plura tem
pora lacrimis et queſtionibus perdit. hec il⸗
le. Mundiciam corporis tollit. ⁊ hoc eſt quod
ait apoſtolus. j Corin. vj. Omne peccatuʒ q̃d
fecerit homo. extra corpus ſuum eſt. qui aũt
fornicatur in corpus proprium peccat. quia
videlicet nonſolum facit animam ĩmundam
vt alia peccata: ſed etiam corpus illud offen
dit indebite reſoluendo. Unde nonſolum pol⸗
luti peccato luxurie debent abſtinere de neceſ
ſitate a cõmunione. ſed etiaʒ polluti noctur⸗
no ſomno monentur eam dimittere propter
immundiciam et hebetudinem mentis: quod
nõ dicitur d̃ alijs ita. ¶ Sexto ↄſumit g̃ciã.
Tollit eñ graciã oĩs virtutis. graciam ordi
nis. graciaʒ datam gratis. Nõ requieſcet (ait
dominus) Noe ſpiritus meus ĩ homine ĩ eter
num. i. gracia ſpirituſſancti. vnde procedunt
virtutes. ⁊ hoc quia caro eſt. i. carnalis et lu⸗
xurioſus. ſicut tempore diluuij Geneſis. vj.
Nulla virtus vera poteſt eſſe ſimul cum luxu
ria. ſʒ ſimul omnes corruũt. Nullus luxurio⸗
ſus poteſt recipere graciam ordinis: nec debe
ret ordinari. In cuius figuram precepit do⸗
minus q̃ ſcabioſus nõ accederet ad miniſtrã⸗
dum in templo. nec hernioſus quod exponit
Gregorius in capitulo Paſtoralis. dicẽs ſca
bioſum ſignificare luxurioſuʒ corpore. Sca
bies enim procedit in corpore ex ardore ni⸗
mio interiori. Hernioſus ſignificat luxuriã
mentis. Tales non debent ordinari. vt habe⸗
tur diſtinctione. xlix. capitulo. Hinc etenim.
Sed et debiti huiuſmodi vitijs non poſſunt
miniſtrare niſi cum damnatione ſui. Etſi ſũt
notorij vel accuſati in iuditio deberent priua
ri officio ⁊ beneficio. Frequenter etiam pri⸗
uatur quis gracia gratis data per huiuſmo⸗
di vitium. Unde narrat Gregorius ĩ libro dia
logorum q̃ cum quibuſdam predicantibus

ueritatem fidei cũ fuiſſent abſciſe ligue a go-
this infidelibus. poſtea loquebantur ſicut ſi
eas haberent miraculoſe. ſed vnus eorũ pro-
pter lapſum carnis ſubito amiſit tale donuꝫ.
¶ Septimo conſumit animam. ⁊ poſtea cor
pus i gehennam niſi de hac in vita peniteat.
Unde Apocalipſi penultimo dicitur. Forni-
carijs. mendatibus. veneficis. ⁊ homicidis ps
illorum in ſtagnum ignis et ſulphuris. Et
Jude primo capitulo. Subintroierunt qui-
dem homines impij. graciam dei noſtri in lu-
xuriam transferentes. ⁊ paulopoſt. ſicut So
doma ⁊ Gomorra. et finitime ciuitates ſimili
modo exfornicate ⁊ abeuntes poſt carnem al
teram facte ſunt exemplum ignis eterni pe-
nam ſuſtinentes. Et. j Corin. iij. Qui viola-
uerit templum dei. i. animam per luxuriam.
diſperdet illuꝫ deus. i. per diuerſas partes p-
det animam. ⁊ poſtea corpus mittendo in ge
hennam. Et Auguſtinus dicit ꝙ quicunqꝫ ſẽ-
ſerit in ſe aliquod capitaliũ dominari vt for-
nicationem. adulterium. homicidium. ⁊ alia
huiuſmodi. eterna illuꝫ flamma trucidabit.
diſtinctione. xxv. §. Al' autem ea. Exemplum
aliquod.

¶ Capitulum ſecundũ d̃ ſimplici fornicatõe.

Poſt tractatuꝫ de luxu-
ria in generali nunc videndum ẽ
de ſpeciebus eius ſingulis. et po-
nuntur eſſe quīqꝫ. xxxvj. q. j. Lex
§. Cum ergo. ſ. fornicatio. ſtuprum. adulteri
um. inceſtus. raptus. Adde et vitium contra
naturam quod diſtinguitur in quatuor ſpe-
cies vel modos. ſ. molliciem. ſodomiticum. be
ſtialitatem. ⁊ alium modum innominatũ cũ.
ſ. vir. nõ vtitur modo naturali muliere. Hoc
autem vitium contra naturam propterea ibi
non cõnumeratur in illa predicta aſſignatõ-
ne. quia ſolum ibi ponuntur ille que humane
nature non repugnant. vt eſt vitium contra
naturam ſcd̃m Thomam. Adde etiam ſacri-
legium quod facit ſpeciem de per ſe. ſed ibi ñ
cõnumeratur. quia ſcd̃m Thomam poteſt in
diuerſis ſpeciebus prefatis repiri. Namſi ab-
utatur perſona coniuncta per ſpiritualẽ co-
gnationẽ vt cõmatre vel filia ſpirituali. erit
ſacrilegium ad moduꝫ inceſtus. Si abutatur
ſanctimoniali cum ſit chriſto d̃ſponſata erit
ſacrilegium ad modum adulterij. Et inq̄tuꝫ
eſt ſub patris ſpiritualis cura cõſtituta. erit
ſacrilegium ad modum ſtupri. Etſi violentia
inferat̃: erit raptus ſpiritualis. Oportet aũt
diſtincte confiteri has ſpecies. Et ſufficiẽciã
horuꝫ ſic aſſignat beatus Thomas ſcd̃a ſcd̃e.
q. cliiij. articulo primo. Peccatum luxurie ĩ

hoc conſiſtit ꝙ aliquis delectatione venerea
vtitur nõ ſecundũ rectam rationem. Et quia
ſpecies luxurie ſumitur non ex circũſtancijs
quia inq̄tum huiuſmodi nõ dãt ſpeciẽ actui.
ſed ab obiecto quod eſt materia actus. Ideo
oportet ſpecies luxurie aſſignari ex p̄te ma-
terie que poteſt rationi recte nõ conuenire.
Et hoc poteſt eſſe dupliciter. Uno modo quia
habet repugnanciam ipſa materia ad finem
venerei actus. Et hoc dupliciter. quia aut in
q̄tum impeditur generatõ prolis. ⁊ ſic eſt vi
tium contra naturam quod eſt in omni actu
venereo ex q̊ generatio ſequi nõ poteſt. Aut
inq̄tum impeditur debita educatio ⁊ promo-
tio prolis. ⁊ ſic eſt fornicatio. ſ. ſimpliciter ſo
luti cum ſoluta. puta cum mẽtrice. vidua. vl'
concubina. Alio modo materia veneria in-
q̄tum exercetur actus venereus poteſt eſſe ñ
conueniens rationi recte per compationẽ ad
alios homĩes. Et hoc dupliciter ¶ Primo q̃-
dem ex parte femine ipſius cui quis cõmiſce-
tur. quia. ſ. ei debitus honor non ſeruatur. ⁊
ſic eſt inceſtus qui eſt abuſus conſanguineaꝝ
vel affiniuꝫ. Secundo ex parte eius in cuiꝰ
poteſtate eſt femina. et hoc tripliciter. quia
aut eſt in poteſtate viri ſui. ⁊ ſic eſt adulteri-
um. aut in poteſtate patris. ⁊ ſic eſt ſtupruꝫ.
ſ. illicita defloratio virginum ſi tamen violẽ-
cia nõ inferatur. Si autem violentia infera-
tur femine vel parentibꝫ. erit raptus. Si au-
tem habeat votum continencie. vt moniales
vel beghine. vel clerici ⁊ religioſi. ⁊ ſic erit ſa-
crilegiũ. quod tamen reduci poteſt ad aliquã
predictarum ſpecierum vt dictum eſt. tamen
diſtincta ſpecies eſt. Item ſi in loco ſacro cõ-
mittatur quecunqꝫ luxuria. Diuerſificantur
auteꝫ iſte ſpecies ex parte femine magiſq̄ ex
parte viri. quia in actu venereo femina ſe ha
bet vt patiens ⁊ per modum materie. vir au-
tem per modum agentis. Et predicte ſpecies
aſſignantur ſcd̃m differenciam materie vt di
ctum eſt. Et q̄uis diuerſitas materie ſolũ nõ
diuerſificet ſpecieꝫ. tamen diuerſitas iſta aſ-
ſignata ſcd̃m materiam propterea diuerſifi-
cat ſpeciem quia habet in ſe annexam diuer-
ſitatem formalem obiecti ſcd̃m diuerſos mo-
dos repugnancie ad rationem. Item non eſt
inconueniens ꝙ in eodem actu repiantur di
uerſorum actuũ deformitates contra diuer-
ſas virtutes. ⁊ ſic adulterium eſt ſub iiuſticia
⁊ ſub luxuria. Poſſunt etiam aliq̃n eſſe diuer
ſe ſpecies luxurie in eodeꝫ actu vt ſi coniuga
tus cognoſcat monialem virginem ⁊ conſan-
guineam ſuaꝫ rapiens d̃ monaſterio. ſic erũt
ſimul adulterium. ſacriligium. inceſtus. ſtu-
prum. raptus. i. vnũ peccatum hñs deformi-
tatẽ oĩm dictorũ peccatoꝝ ex ill' circũſtãcijs
neceſſario confitendis. Itẽ actus circũſtãtes
actũ venereũ illiciti in matrimonio vel extra

vt oſcula. tactus ⁊ huiuſmoi. ptinet ad inpudicitiam. hec omnia Tho. vbi ſupra.

De fornicatione igitur .§. j.

q̄ eſt prima ſpēs luxurie. Notanduz quod ait ps. lxxij. Perdidiſti oēs qui fornicāt abs te. Perdidiſti. i. pdes tu deus. Utitur p̄terito pro futuro ſm morē ꝓpheticum ꝓpter certitudinem rei. Perdes. ſ. morte eterna oīs indiſtincte ſine acceptōne pſonaꝝ qui fornicātur vl' corpaliter p luxuriā. vel ſpūalit̄ p pfidiā vel criminaliter p quācūqꝫ culpaz. Abs te. i. abſtracti ⁊ illecti tēporalib9. hec Ugo cardinal'. ¶ Ex quibꝰ verbis tria pnt elici ad dclaratōnē materie fornicatōis. Prio fornicatō multiplicit̄ incurrit̄. ibi. oīs q̄ fornicāt̄. Scdo dānatō certitudialit̄ pmittit̄. ibi. Perdidiſti. ¶ Tertō ſbtractō dei ſpūalit̄ ſbſeqt̄. ibi. abs te.

Qtum ad primum. .§. ij.

Sciendū q fornicatio in ſcripturis dicit̄ ydolatria vel infidelitas aliqñ ex eo q anima recedat p intellectuz a deo. adherens falſitati et errori. Et de hac ſepe reprehendit̄ ꝑplus antiquus iudeorū qui ſepe ydolatrabat. Uñ dicit̄ Oſee. iiij. Fornicati ſunt a deo ſuo. ſ. iſraelite p ydolatriam. Et. j Paralipo. v. Fornicati ſūt poſt deos ꝑploꝝ. ſ. iſraelite. Et iudic. viij. Fornicati ſūt cum Baalim q̄ erat ydolū gentilium. Et Sap. xiiij. Initiū fornicatōnis exquiſitō ydoloꝝ. Et cuz Ezechiel de fornicatōe illius ꝑpli loquit̄ p̄cipue Ezechie. xvj. p totū. de hac intelligit̄ Aug9. ad idē dicit. Idolatria ⁊ q̄libet noxia ſupſtitio fornicatō ē. xxviij. q. j. Idolatria. Et in eadē q̄ſtione. c. ſe. dicit idez Aug9. Nōſolum mechatio eſt illius q̄ carnez ſuam cōtaminat: ſz etiaz qui ſimulacrū facit mechat̄. De hijs nō eſt dubium. quia pdidiſti oīs qui ſic fornicant̄. Scdo fornicatio dicit̄ large ⁊ moraliter quecunqꝫ culpa mortal' inq̄tum p eam quis recedit. etſi nō fide. tamē affectu a deo legittimo ſponſo anime. Uñ dicit Aug9. q auaricia ⁊ quelibꝫ culpa q̄ aīma aberrat a lege dei fornicatio dici p̄t. xxviij. q. j. Idolatria. Et de hac poteſt intelligi illō qō dicit dñs p Iere. iij. ca. Tu aūt fornicata es cum amatoribus multis. tñ reuertere ad me: ⁊ ego ſuſcipiā te. Anima cū tot fornicat̄ amatorib9 quot creaturas inordinate ⁊ ſupra deū diligit. Hanc fornicatōem ſpūalē ſignat fornicatio Samaritane q̄ poſt quinqꝫ viros cōcubina erat cuiuſdā. Uñ xp̄c dixit. Hūc quē nūc habes nō eſt tuus vir Iohis. iiij. Sic aīa tpe puericie habet vt legittimos viros q̄nqꝫ ſenſus quoꝝ inſtinctuz ſequit̄ ſine pctō añq̄ habeat vſum ratōnis. Sꝫ cū puenerit ad vſū ratōis ſi nō adheret deo. inde efficit̄ cōcubina diaboli adherens errori. ⁊ fornicat̄ a deo. Sꝫ deus imittit aliqñ tribulatōes circa ip̄a tēpoporalia vt ſic r̄cedat ab amatorib9. ⁊ accedat ad xp̄m viꝝ legittimū. ſm illud qō dicit̄ Oſee ij. Ecce ſepiam viam tuam ſpinis. ⁊ ſeq̄t̄ amatores ſuos ⁊ nō inueniet ⁊c̄. Et dicet: reuertar ad virū meū priorē. Tertō ꝓprie dr̄ fornicatio actus venere9 fornicatō inter ſolutū ⁊ ſolutam. Q̄uis etiaz aliqñ largius noīe fornicatōis intelligat̄ oīs actus luxurie. vt illō j Corin. v. Auditur inter vos fornicatō qualis nec inter gentes. ⁊ tam̄ illud proprie erat inceſtus. Unde ad maiorem diſtinctōnem dicitur hec fornicatio ſimplex. ſ. inter ſolutum ⁊ ſolutam. Et de hac ſicut de alijs duabus verificatur illud. Perdidiſti omnes qui fornicātur. Unde Hebre. xiij. Fornicatores et adulteros iudicabit deus. ſ. ad mortē eternā. Sꝫ tria argumenta videntur eſſe in contrarium. Primum. quia deus non precipit aliquid qō ſit mortale peccatum: ſed deus precepit Oſee prophete dicens. Uade ſume tibi vxorem mulierem fornicariam. ⁊ fac tibi filios fornicatōnum. g̊ fornicatio non eſt peccatum. Secundum eſt. quia omne peccatum mortale cōtrariatur caritati. ſꝫ iſtud non contrariatur caritati. quia nec caritati dei cum nō ſit directe contra deuz. nec caritati proximi. quia p hoc nulli homini fit iniuria. Et Ambro. etiam dicit. Omnis ſūma xp̄iane diſcipline in miſericordia ⁊ pietate conſiſtit quam qui habet ⁊ſi lubricum carnis patiatur: vapulabit ſed nō peribit. g̊ fornicatio nō eſt mortale. Tertiuz eſt. quia Iſidor9 dicit diſ. xxiiij. Xp̄iano nō dicam plurimas: ſed nec duas habere ſimul licitum eſt. ſed vnam tantum. aut vxorez. aut ſi coniūx deeſt loco eius concubinam. Sed in ꝯcubinatu eſt fornicatio ſimplex. g̊ ⁊c̄. ¶ Qō dictum eſt fornicatōnem eſſe peccatum abſqꝫ dubio tenendū eſt ſm Tho. ſcda ſcde. q. cliiij. arti. ij. Et ad argumenta reſpondet̄. Ad primum tripliciter. Uno mō ſm Hiero. videlꝫ q meretricem ⁊ fornicariam quādam aſſūpſit in vxorem. ⁊ de impudica fecit caſtam. Et ſm hoc in nullo p̄t argui. ſicut nec hodie ſi quis meretricem duceret in vxorem volentē honeſte viuere. xxxij. q. j. c. Nō eſt culpandus. Alio mō ſm Tho. vbi ſup̄. dicendū q fornicatō dr̄ eſſe peccatum inq̄tū eſt contra rectā ratōez. Ratō aūt homis recta ē ſm q regulat̄ volūtate diuina q̄ ē prima ⁊ ſūma ratō. Et ideo qō quis facit ex voluntate dei ei9 p̄cepto obediēs nō ē contra rectā ratōem etſi videat̄ ꝯ coīem ordinem ratōnis. ſicut nec eſt ꝯ naturā qō fit p miraculū q̄uis ſit contra coīem curſū nature. Et iō Oſee nō peccauit fornicando ex di p̄cepto. Nec ꝓprie talis concubitus debet dici fornicatō. niſi referendo ad curſū coīem. Tertio mō ſm Nico. d lira. dr̄ vxor fornicaria mulier que erat gentilis que dicebat̄ fornicaria ſpūaliter. quia idolatra. Et hoc fecit ex diſpēſatōne dei. Ad ſecundū rñdet. b Tho. vbi ſup̄

ꝙ fornicatio ſimplex ↄ̃triatur caritati primi
ꝙ̃tum ad hoc ꝙ repugnat bono prolis naſci-
ture. vt dicetur in ſe. §. dum. ſ. dat opam ge-
neratõni nõ ſm ꝙ cõuenit ꝓli naſciture. Qđ
autẽ dicit Ambroꝰ. nõ eſt ſic intelligendũ vt
cum quocunqꝫ vitio luxurie moriens nõ dã-
netur ꝓpter opa miſericordie exhibita. ſꝫ qꝛ ꝑ
illa opa miſericordie diſponet̃ ad graciam et
ad penitentiã vnde veniam in pñti conſ̃qtur
de lubrico. ¶ Ad tertiũ dicit Grãnus diſ. ea.
ꝙ ibi concubina ſumit̃ inproprie videlꝫ ꝓ ea
q̃ ducta eſt vere in vxorem. ſed ſine ſolẽnita-
te legali. puta ſine inſtrumento dotibus vel te
ſtibus ⁊ huiuſmodi. Hanc cõiugem facit affe
ctus. ſed cõcubinaꝫ nominat lex. Et ſic etiaꝫ
ſumit̃ diſ. xxxiiij. c. Js qui nõ habet. Firma
g̃ ꝑmanet ſentencia. quia mortale eſt oĩs for-
nicatio. Et ideo ꝑdidiſti oĩs qui fornicant̃.

Qtum ad ſecundum .§. iij.

principale. ſ. ꝙ fornicatio ſit peccatũ morta-
le. qꝛ dicit̃. Perdidiſti. ſ. eternaliter. ꝓbari pt
q̃druplici ratõne. Et pꝛio videlꝫ qꝛ hoc ẽ ↄ̃ le-
gem naturalẽ. quod declarat btus Tho. i. iij.
ↄ̃ gentiles ſic ſnialiter. Ratõ natural' dictat
homini ꝙ filij debeant nutriri a parentibꝫ vſ-
qꝫ ad tẽpus debitum. Ad hoc autẽ nutrimen-
tum ꝑtinet nõſolum cibus corꝑalis. ſꝫ etiam
intellectualis. ſ. doctrine. morũ. et diſcipline.
quo nõ eſt capax puer ante vſum ratõnis. Et
cum poſtea ſit capax non poteſt poſtea vna
die cuncta addiſcere ſꝫ paulatim. Et ad nu-
trimentum corꝑale nõ ſufficit pater ĩ pueri-
cia. Ad nutrimentũ anime ꝑ correctionẽ nõ
ſufficit mater. Naturaliter eſt homo pronus
ad malũ ab adoleſcẽcia ſua ⁊ ĩ tali etate pa-
timet matreꝫ: ſed oportet ꝙ baculus timoris
paterni ſit ſuper eum. Oportet g̃ ſi proles de
bet duci ad perfectõnem ſtatus ſui ſm animã
⁊ corpus ad quod natura inſtigat parentes.
ꝙ ſimul ſtent pater ⁊ mater per magnum tẽ-
pus. Sed fornicarij cum nõ ſint aſtricti aliq̃
lege ad cõmanendum ſed poſſint ad placitũ
ſeparari. immo et debent ſeparari. et propter
periculum vt palea iuxta ignem. ⁊ ꝓpter ſcan
dalum alioꝝ ãmouendum. Si autem ſeꝑan-
tur: ſequitur deſtitutio prolis quod eſt cõtra
legem naturalem. Contra naturam. i. ratõem
naturalem igitur eſt ꝙ quis vtatur vago cõ-
cubitu prout fit ꝑ fornicatõnem ſed oportet
ꝙ ſit maris ad feminam cũ qua ꝑmaneat nõ
ꝑ modicum tempus ſed diu vel etiam ꝑ totaꝫ
vitam. Jnde eſt ꝙ maribus ĩ ſpecie humana
magna ſolicitudo de certitudine prolis ineſt
cui iminet educatio prolis. Sed ad hanc cer
titudineꝫ facit determinatõ maris ad feminã
ꝑ matrimonium ꝑ quod indiſſolubiliter ad-
inuicem ligantur. Nec obſtat ſi aliquis forni
cando aliquam cognoſcens ſufficienter pro-
uideat proli de educatõe. quia illud quod ca-
dit ſub d̃terminatione legis. iudicatur ſm id
quod cõmuniter accidit. ⁊ nõ ſcdm id quod ĩ
aliquo caſu contingit. Jdeꝫ quaſi habet̃ ſcda
ſcde. q. cliiij. arti. ij. Secunda ratio qua pro
batur fornicatõnem ſimplicem eſſe mortale
eſt talis. Nullum peccatum excludit a regno
dei vel facit hominem dignum morte eterna
niſi mortale. Sed talis eſt fornicatõ. ſ. exclu-
dens a regno dei. Nam ad Gal'. v. dicit apoſto
lus nominatis quibuſdam peccatis ⁊ ĩter ce-
tera fornicatõnem. Qui talia agunt: regnuꝫ
dei non conſequentur. Et Ro. j. enumeratis
multis peccatis et inter illa fornicationem.
ſubdit. Digni ſunt morte nõſolũ qui faciũt:
ſꝫ et qui conſentiunt facientibus. Unde legit̃
de quodam concubinario ꝙ cum eſſet infir-
mus. ⁊ confeſſor quidam viſitans eum nollꝫ
abſoluere niſi eam de domo emitteret. ille aſ-
ſenſit. ſicqꝫ ſumptis cum lacrimis multis om
nibus ſacramentis deceſſit. Cumqꝫ iſte cõfeſ-
ſor qui erat ſanctus homo pro eo oraret exi-
ſtimans ad purgatorium tranſiſſe ꝓpter peni-
tenciam. apparuit quadam vice ei ſe aſſerens
fore damnatum. ⁊ hoc quia ficte penituit in-
tendens concubinam reaſſumere ſi euaſiſſet.
¶ Tertia ratio eſt. quia eſt contra legem diui
nam. contra illud videlicꝫ p̃ceptum decalogi.
Nõ mechaberis Exod. xx. Quod exponẽs Jſi
dorus ait. Nec quiſq̃ preter matrimonij fede-
ra alijs feminis miſceatur ad explendam libi
dinem. xxxij. q. v. Non mechaberis. Sic etiaꝫ
exponit Auguſtinus in. c. Meretrices. ea. q.
vbi ait. Meretrices eſſe. ⁊ ad meretrices acce
dere prohibet dominus quaꝝ venialis eſt tur
pitudo. Ex quibꝫ verbis patet predictam au-
ctoritatem. que ponitur pro glo. ſuper illud
Deutro. xxiij. Non erit meretrix de filiabus
iſrahel nec ſcortator. eſſe corrupte ſcriptam.
ſ. ipſam auctoritatem: que dicit quarum tur-
pitudo eſt venialis. Unde aliqui volebant ar-
guere fornicationem eſſe veniale peccatum.
quod falſum eſt. Uult ergo dicere glo. venial'
nõ venialis. Ad hoc etiaꝫ facit quod dicitur
Thob. iiij. Attende tibi. i. caue ab omni forni
catõne. ⁊ preter vxorem tuaꝫ nunq̃ patiaris
crimen ſcire. Crimen proprie importat pec-
catum mortale. Unde ex determinatione fa-
cta per apoſtolos in primo concilio hieroſo-
limis mandatum fuit conuerſis ad fidem pre
cipue gentilibus. vt abſtinerent ſe a fornica-
tõne Act. xv. Et hoc ideo qꝛ pagani putabãt
ſibi hoc licere. Augꝰ. etiã quodam ſmone ad
ꝓplm ait. Nõ licet vobis fornicari. Sufficiãt
vobis vxores. Non licet vobis habere concu
binas. etiam ſi vxores nõ habetis. diſ. xxxiiij.
Audite. ¶ Quarta ratõ ẽ ex taxatõne penitẽ-
cie eius. Soluꝫ eñi pro peccatis mortalibus
inuenit̃ taxata penitẽcia. non aũt ꝓ veniali.

850 Et ratio eſt ſcd̄m Tho. in. iiij. quia inter mortale ⁊ veniale eſt infinita diſtancia. Nam mortali debetur infinita ſcd̄m diuturnitatem .i. infernalis. Veniali autem debetur penitēcia finita ⁊ temporalis. Sȝ pro fornicatione habetur taxata penitencia. ſ. ſeptem annorum. ſicut pro adulterio. ꝑiurio. homicidio. ⁊ huiꝰmodi. vt habeť. xxij. q. j. Predicandum. vt. ſ. ꝑ penitenciam ſeptiformis gracia ſpiritusſā̄cti per peccatuȝ amiſſa ⁊ reparetur vel reparari oſtendatur. xxxiij. q. ij. Hoc ipſum ī glo. Ex quo ſequitur ꝙ peccatum mortale. propē quod ait Apoſtolus. j Theſal. iiij. Hec eſt voluntas dei vt abſtineatis vos a fornicatione. quia ꝑdidiſti omnes qui fornicantur.

Qntum ad tertium .§. iiij.

ſubtrahitur vtiqȝ dei preſencia per graciaȝ ꝑ fornicationeȝ. Vnde dicit abs te. ſ. tales ſunt ſeu efficiuntur per hoc vitiū. abs te. i. ſine te. Sed ve eis cum receſſero ab eis dicit dominꝰ Oſee. vij. Fornicatores enim deus punit. angelus fugit. diabolus colit. ipſum proximum ledit. ¶ Qz deus puniat fornicatoēs ſeuere patet per illud quod ait Apoſtolus. j Corin. x. Neqȝ fornicemur ſicut quidem eorum fornicati ſunt. ⁊ ceciderunt vna die. xxiij. milia. quādo. ſ. populus iſrahel fornicatus eſt cum filiabus Moab. Hiſtoriam habes Numeri. Et ſic ve fuit eis. Et hoc merito. quia facit de tēplo dei domum meretricum. j Corin. vj. Membra veſtra ſunt templum ſpiritusſancti. Et in figuram dicitur. ij Machab. vj. ꝙ templum dei erat plenum cōmeſſationibus ⁊ ſcortantium cuȝ meretricibus: quod ſumme diſplicet deo. Fornicatio ait Iſidorus maximum ſcelus ꝑ carnis īmunditiam quia templum dei violat xxxij. q. vij. ca. Nonſolū. ¶ Angelus fugit tantum obprobrium cum ſit puriſſimus ⁊ munditiam diligat. Angelis ſuis mandauit de te. (ait pſalmiſta) vt cuſtodiāt te. Sȝ ſi filia regis daretur alicui in cuſtodiam. ⁊ illa fornicaretur. nōne ſūme diſpliceret ei? Ber. In qꝫuis angulo reuerenciam exhibe angelo tuo. nec audeas preſente eo facere: quod nō faceres me vidente. horret igitur tantum fetorē. Vnde in vitis patrum habetur ꝙ cum angelus bonus comitaretur quendaȝ ex patribus tranſeunte coram pulcro iuuene et bene ornato ſed luxurioſo. angelus clauſit ſibi naēs. Et cum pater ille interrogaret cauſam. cuȝ ornamenta eiꝰ redolerent. Reſpondit ꝙ propter luxuriaȝ cui erat deditus ei fetebat: ⁊ ſic querebat fugere eum. Et ſic ve eis. Diabolꝰ libenter habitat in mente luxurioſi. Vñ Job xl. Dormit Behemot in locis humentibus. i. in mentibus carnalibus. Item Job. xl. Fortitudo eius in lumbis eius. et virtus illius in vmbilico ventris eius. In lumbis enim diciť eſſe ſedes luxurie in viris. ⁊ ī muliere dicitur eſſe in vmbilico: inde ſemen ab eis deciditur. Propterea diabolus habitat in eis. quia mltum lucratur cū eis plusꝙ per alia vitia. Nā duos capit ſimul fornicantes vbi per alia vitia vnum. Et in figuram huius legio dmonū eiecta ad imperium chriſti. a quodam: petijt licentiam intrandi gregem porcorum. et accepta precipitauit eos in mare. vt habeť Math. viij. ⁊ Luce. viij. ad ſignificandum ꝙ libenter habitant in luxurioſis figuratis per porcos qui dlectantur verſari in ceno. Et ide ꝑcipitat in mare vitiorum. Ve autem eis quos inhabitat diabolus. Ledit cor ſuum. quia vt dicitur Oſee. iiij. Fornicatio ⁊ vinuȝ ⁊ ebrietas auferunt cor. Proximus leditur exinde quia ſi generatur filius illegittimus ē. ⁊ priuatur omni dignitate temporali. ⁊ eccleſiaſtica ordinationum ⁊ prelaturarum niſi legittimetur. ac etiam hereditate paterna. et contumeliatur a cunctis. Et frequenter quia ſunt malorum morum nocent toti parentele. ſicut patet i Abimelech filio Gedeonis nato ex cōcubina. qui a mortuo patre interſicere fecit. lxx. fratres legittimos vno excepto qui fugit vt ſolus dominaretur. vt habetur Judic. ix. ca. Vnde dicitur. diſ. lvj. ca. Si gens. De conmixtione meretricum eſtimandum eſt degeneres populos ignobiles ⁊ furentes libidine omnes fore procreandos ⁊ ad extremum vniuerſam plebem ad deteriora ⁊ ignobiliora vrgentem. et nouiſſime nec bello fortem. nec in fide ſtabilem. nec honorabilē hominibus. nec deo amabilem eſſe prouenturaȝ. ſicut alijs gētibus hyſpanie ⁊ prouincie ⁊ burgundiorum populis (que a deo recedentes fornicate ſūt) contigit. Aduertendum etiam ꝙ cum ſcd̄m theologos in. iiij. ⁊ canoniſtas affinitas contrahatur per fornicationem nullam conſanguineam eius cuȝ qua quis fornicatus ē poteſt habere in vxorem vſqȝ ad quartum gradum incluſiue: quod ſi fecerit matrimonium nullum eſt et continue in peccato morantur dum ſciunt factum. Et ſic ve eis. ⁊ demū eternum ve. quia ſm Gregorium. Momentaneū eſt quod delectat. eternum quod cruciat. Figuratur talis per ydropicum. qui quantoplꝰ bibit tantoplus ſitit. ſic inſatiabilis eſt voluptas ſm Bedam ſuꝑ illud. Ecce quidā ydropicus erat ante illum. ſ. Jheſum Luce. xiiij.

Capitulum tertium de Adulterio.

Adulterium eſt ſecūda
ſpecies luxurie. Et ſicut ipm̄ no⸗
men ſonat eſt acceſſus ad alienū
thorꝫ. Vn̄ adulteriū q̄ſi ad alteri⁹
thorꝫ acceſſus. In quo ſm̄. b Tho. ſcd̄a ſcd̄e.
q. cliiij. arti. viij. dupliciter ɔ caſtitatem hūa⸗
ne generatōis quis offendit. ¶ Primo inq̄tū
accedit ad mulierem nō ſibi matrimonio cō⸗
iūctā qd̄ reqrit̄ ad bonū ꝓlis ꝓpe educād̄e vt
dictuꝫ ē in p̄cedēti ca. Alio mō q: accedit ad
mulierē ꝑ matrimoniū alteri copulatā. ⁊ ſic
impedit bonū ꝓlis aliene. ⁊ contra iuſticiam
agit. Eadēꝫ rō eſt de muliere q̄ ꝑ adulterium
corrūpitur. Vn̄ Ecci. xxiij. dr̄. Om̄is mulier
relinquēs virꝫ ſuū peccabit. Primo em̄ i lege
altiſſimi. q: incredibilis fuit. in qua. ſ. p̄cipit̄.
Non mechaberis. Scd̄o virꝫ ſuū dereliq̄t in q̄
facit ɔ certitudineꝫ ꝓlis. Tercō in adulterio
fornicata eſt et ex alio viro ſtatuit ſibi filios
qd̄ ē ɔ bonū ꝓpe ꝓlis. Sed primū eſt cōmune
oīb⁹ pc̄tis mortalib⁹. Alia duo que ponūtur
in dicta auctoritate ſpecialiter ꝑtinēt ad de⸗
formitatem adulterij. ⁊ ſic adulteriū eſt det̄⸗
minata ſpēs luxurie vtpote ſpecialem defor⸗
mitateꝫ hn̄s circa actus venereos. hec Tho.
Et ſic maīfeſtū ꝑ ſe ē q̄ſi ſemper eſt mortale.
¶ Eſt aūt aliqñ adulteriū ſimplex cū. ſ. altera
partiū ē ɔiugata ⁊ nō alia. Aliqñ eſt duplex
vt cū vtraq; pars ē ɔiugata qd̄ grauius ē. Ali⸗
qñ habet aliā deformitatē vtſi non ſit altera
pars ɔiugata. vl̄ etiā cōiugata ē. tñ vl̄ virgo
vl̄ cōſanguinea vl̄ monialis. ⁊ tunc cū adul⸗
terio ſimul eſt ibi alia ſpēs luxurie. Qd̄ autē
dicit Sextus ph̄us vt allegat Hiero. q᷑ adult̄
eſt omnis in vxorem ſuam amator ardentior.
q̄uis talis nō violet fidē matrimonij tamē fa⸗
cit cōt̄ bonū matrimonij inhoneſte eo vtēs.
Ideo aliq̄liter poteſt dici adulter. non tñ ꝓpe
q᷑ intret hāc ſpēm. Et nota ſm̄ Pe. i. iiij. q᷑ in
adulterio ſm̄ qd̄ plus peccat mulier q̄ vir. ſ.
quia facit cōtra bonū ꝓlis. ⁊ rōne ſcandali.
ſm̄ vero aliū reſpectū. ſ. q̄tū ad bonum fidei
eq̄liter peccant. Et q: hec ē cauſa ſufficiens q̄
alter poſſit alium dimittere. ideo eq̄liter hoc
p̄t vterq;. Sed q̄tū ad p̄dominantiā ratōnis
quia vir habet ratōnem magis vigoroſam ad
reſiſtendū paſſionib⁹. ideo (ceteris paribus)
plus ipē peccat adulterando q̄ mulier. De di⸗
miſſione ꝓpter adulteriū vide. infra in. iij. pte
ti. j. De adulterio loquēs dn̄s per pſalmiſtaꝫ
ait p̄s. xlix. Cum adulteris portōnem tuam
ponebas. Et paulopoſt. Arguā te ⁊ ſtatuam
cōt̄ faciē tuā. ponē portōnē ſuā cū adulteris
eſt participare. i. adulterare. In hijs autem
tria notantur.
Pmo crimē deteſtādū. ibi. Cū adul. por. tu. po.
Scd̄o ligamē ei⁹ itimādū. ibi. Arguā te. Ter⸗
tio ḡuamē expectādū. ibi. ⁊ ſtatuā ɔt̄ fa. tu.

Certum ad primum .§. j.
certum eſt adulterium eſſe valde deteſtabile
pc̄tm ⁊ graue. Cum adulteris portōnem tuaꝫ
ponebas. vt. ſ. eſſes ⁊ tu adult̄. Ozee. vij. Oēs
adulterātes quaſi clibanus. ſcilicet intus ar⸗
dentes per concupiſcentiam. extra ſordentes
per immunditiam. poſtea in anima ⁊ corpo⸗
re incenſi per gehennam. Vnde adulteriū q̄
graue ſit oſtendit Clemens. Quid inquit i oī⸗
bus. peccatis adulterio grauius eſt: ſecundū
namq; locum in penis tenet. xxxij. q. vij. Naꝫ
in peccatis que ſunt contra proximum. p̄mū
penale. id eſt dignum pena etiam mortis cor⸗
poris eſt homicidium. Secundum eſt adulte⸗
rium. Maius em̄ eſt q̄ furtum ⁊ rapina ⁊ mē
datium et multa alia. ¶ Ex omni ſiquidē ge⸗
nere cauſaꝝ oſtenditur grauitas huius pec⸗
cati ⁊ deteſtatō. Ex cauſa ſciliceꝫ efficienti. ma
teriali. formali. finali. ⁊ circūſtantiali. Ex
cauſa efficienti. nam ſaltem alter eorum ha⸗
bet in ſe ſacramentum matrimonij quod eſt
maximum ſignificatōne. hoc autem dico ſa⸗
cramētum magnum in xp̄o ⁊ eccleſia. Signi⸗
ficat em̄ coniunctōnem deitatis cum huma⸗
nitate. et xp̄i cum eccleſia. nunq̄ autem deus
ſepatus eſt ab humanitate poſtq̄ aſſumpſit
eam nec xp̄us ab eccelſia. nec eccleſia a xp̄o.
Contra illud tammagnum ſacramentum vbi
eſt quedam dignitas: agit adulter ſeparans
ſe a cōiuge ⁊ alteri adherens. Dignitas autē
ꝑſone ſm̄ Tho. in p̄ma ſcd̄e aggrauat pc̄tm̄
quia quāto i maiori dignitate tantograuius
peccat ceteris parib⁹. ¶ Scd̄o oñdit̄ ḡuitas
hui⁹ pc̄ti ex cauſa materiali ipi⁹. ſ. act⁹. q̄ ex⸗
ercet̄ ꝑ duos. ⁊ ſic vbi diabolus in alijs pc̄tis
vnuꝫ interficit. ꝑ iſtud duo ſimul immo plu⸗
res quia interponūtur mediatores. Et tātuꝫ
creſcit aliqñ fatuitas amoris vel potius libi⸗
dinis q᷑ ꝓcuratur mors cōiugis ꝑ adulteruꝫ
vl̄ adulterā. vl̄ ꝓmittit eaꝫ accipe in vxorem
mortuo ɔiuge. qd̄ ſi fecerit cum effectu ſecu⸗
to ſi duxerit illā in vxorem cōtinue manēt in
pc̄to mortali. q: matrimoniū nullū eſt ꝓpter
impedimentum criminis. ⁊ ſic multiplicātur
pc̄ta. ext̄ de eo. qui duxit in ma. quā pol. per
adul. c. Sup eo. ⁊. c. Significaſti. de hoc tam̄
vide plenius i. iij. pte. ti. j. ¶ Tercio ex cauſa
formali. Hec ē in q̄libet pc̄to mortali auerſio
ab incōmutabili bono. ſed ꝑ nulluꝫ peccatuꝫ
rō ita abſorbetur ab omni conſideratione dei
ita vt efficiat̄ totus caro. ſicut ibi Hiero di⸗
cit. q᷑ etiā i actu ɔiugali p̄ntia ſpūſſancti nō
hr̄ a veris ꝓphis. ſ. quo ad actum ꝓphetandi.
multomagis in actu adulterij totaliter mens
auertitur a deo ꝓpter inordinatum amorē vñ
ꝓcedit adulteriū. Vn̄ dr̄ ꝓuer. vj. Qui adult̄
ē ꝓpter cordis inopiā. ſ. amiſſo vigore ratōis
ꝑdit aīam ſuā. turpitudinē ⁊ igminiam con⸗
gregat ſibi. ⁊ obprobriuꝫ eius non delebitur.

852 ¶ Quarto ex cauſa finali. Finis huiꝰ mali ē
ꝯſecutō voluptatis. Sed q̄nto qs poteſt reme-
diare alicui pc̄to et non facit. tanto grauius
peccat. q2 maiori inordinatōne volūtatis. ſed
huic malo poteſt de facili remediare. q2 ſi ha-
bet vxorē pt̄ ſibi ſatiſfacē. Vn̄ aplus. Propt̄
fornicatōnē. ſ. vitandā vnuſquiſq3 ſuaz habeat
vxorem. j Cor. vij. Si nō hab3: pt̄ ſumere. q2
vt ait idē aplus. Melius ē nubere q̄ vri. i. in-
cidere ī adulteria ⁊ alias ꝯcupiſcētias ⁊ volu
ptates damnatas. Nec excuſat te ſi dicis non
poſſem ꝓuidere vxori ⁊ nutrire filios ſi habe
rem. niſi dotem haberem ſufficientem. Meliꝰ
ē pati diſpēdia in tēporalib9 et recipere mino
rem dotē. ⁊ facere minores pōpas ⁊ prouidere
anime ſue q̄ in talia īcidere vitia ꝑ q̄ dānat̄.
Si aūt ſumere non vult q2 ad hoc nō cogit̄:
ſeruet caſtitatē. ¶ Quinto ex cauſa circūſtā
tie aggrauat̄ pc̄m. Nā q̄nto plura ſcādala ⁊
mala inde ſequūt̄ tāto grauiꝰ ē pc̄m. Sed quis
poſſet enūerare mala q̄ ſequūt̄ ex adulterio?
Quot homicidia inde ſequūtur ⁊ q̄ta? et non-
ſolū in corꝑe ſed in anima? Nam quā diſpoſi-
tōnem bonā hēe pt̄ q̄ in adulterio conſtitutꝰ
ſubito occiditur? quot hereditates deꝑdantur
ꝑ filios habitos occulte ex adulterio quib9 vt
legitimis relinq̄t̄ hereditas? Quot inceſtus
inde ꝓcedūt dū ꝯhūt qui aliq̄n ſūt cōſangui-
nei? Quot regna exterminata ſunt? Nonne
troia ciuitas illa taz famoſa ꝓpter adulteriū
ꝑpetꝛtum a Paride cum Helena totaliter de-
ſtructa eſt? Nonne Dauid ꝓpter adulterium
commiſſū cū Berſabee vt occultaret addidit
ꝑditōnem. ⁊ homicidium ꝓcurando fideliſſi-
mū militē ſuū occidit? Et propter adulteriu3
in punitōnem filiꝰ eiꝰ Abſalon expulit eum a
regno ⁊ publice peccauit cum vxorib9 patris
ſui: vt habetur. ij Regū. in plurib9 ca. Et cu3
adulterium ſit ita graue. tamē vī verificari
illud Ozee. iiij. Non eſt veritas ſc3 fidelitatis
in terra. nō ē miſericordia. ſ. ad animā ſua3 ⁊
proximū. ſed maledictū. mendacium. furtu3.
adulteriū inundauerunt. i. abundanter cre-
uerunt. ⁊ ſanguis ſanguinem tetigit. i. pc̄m
peccato cumulat̄ dū non per pn̄iam tollitur.

Textum ad ſecundum .§. ij.

a ſc3 q̄ ꝓhibet̄ adulteriū. ⁊ ligatus eſt q̄lib3 ab
oī lege vt caueat ſe ab eo. Vn̄ dicit dn̄s. Ar-
guā te. ſ. de adulterio. ⁊ hoc ꝑ ſcriptura3. Oīs
eī ſcriptura diuinitꝰ īſpirata vtilꝭ ē ad arguē-
dū. ij Thimot. iij. Et ꝓcipue ſcriptura legis.
Unde dicit̄ Jaco. ij. Redarguti a lege. ſ. eſtis
q̄ſi trāſgreſſores. Arguit ḡ dn̄s de adulterio.
Primo per legem intrinſecam et naturalem.
Secūdo per legem Moſaycam ⁊ prophetalē.
Tertio per legem euangelicam ⁊ ſupernalem.
Quarto per legem canonicam et ſinodalem.
Quinto per legem ciuilicam et imperialem.
Lex naturalis ītrinſeca mēti ē illa que dicit
quod tibi non vis fieri: vide ne tu vnq̄ alteri
facias Thobi. iiij. Sed quis eſt ille qui velit
vxorem ſuam adulterare? Certe nullus. niſi
fatuus ⁊ peſſimus exercens lenocinia. Nulla
mulier hoc deſiderat niſi fatua ⁊ mala. immo
non poteſt pati vir talem iniuriam ſed expel
lit ⁊ percutit. ⁊ vxor ſumme turbatur de adul
terio viri cu3 nouit. ergo ⁊ tu hoc ſerua erga
proximum. ⁊ non adulterabis. Adeo hoc vni
uerſaliter dictat lex ſeu ratio naturalis. q̄ eti
am ante legem naturalem ſcriptam ethnici ⁊
idolatre habuerunt pro crimine et magis ab-
horrent q̄ homicidium. Et in ſignum huius
quando Abraham propter famem deſcendit ī
egiptum cu3 vxore ſua Sara perpulchra. ro
gauit eam vt non indicaret ſe eſſe vxore3 eiꝰ
ſi interrogaret̄. Et hoc ideo fm̄ Nico. de lira
quia cogitauit q̄ ſi ſciuiſſent vxorem ſua3 eē
cum ob pulchritudinem eius concupiſcerent
eam cognoſcere. ne adulterium perpetrarēt
quod ſumme deteſtabantur: occidiſſent Abra
ham vt poſſent poſtea vti ea ſine vitio adul-
terij minus ſibi facientes conſcientiam de ho
micidio q̄ de adulterio. ¶ Secundo arguit de
adulterio deus per legem Moſaycam et pro-
phetalem. Exodi. xx. Non mechaberis. hoc ē
adulterabis. et addicitur pena. Leuit̄. xx. vbi
dicitur. Morietur mechus ⁊ adultera q̄ adul-
terati fuerint. Unde ſcribe ⁊ pharizei adducē
tes ad Jhm mulierem in adulterio depreben
ſam dixerunt. Magiſter. hec mulier modo in
adulterio deprehenſa eſt. Moyſes mandauit
in lege huiuſmodi lapidare Johis. viij. Et ꝑ
Malach. dicit dominus. iij. Ero teſtis velox
maleficis adulteris et periuris ſcilicet ad ac-
cuſandum vt puniantur. Q2 autem aliqui ex
patrib9 cum haberent vxores accederent ad
ancillas pro habendis filijs vt Abraham ad
Agar Geñ. xvj. Et Jacob ad Balaā ⁊ Zelfā
ancillas Geñ. xxx. non propter hoc commiſe
runt adulteriu3. quia cognouerunt eas non
fornicarie ſed maritali affectu. cum quibus
deus diſpenſauit vt ſimul haberēt plures vxo
res abſq3 peccato. vt extra de diuor. ca. Gau-
demus. et hoc ob multiplicandum cultu3 dei
qui remanſerat ſolum in familia eorum ex
multiplicatōne hominū eorum ꝑ generatōem
in illa familia. Et etiam ob ſpūale3 ſignifica-
tōnem. que hr̄. xxxij. q. iiij. Recurrat. ⁊ c. ſe. ⁊
ca. obiciunt̄. ¶ Tertio arguit̄ ſeu repꝛhendit̄
adulteriū ꝑ legē euāgelica3. Nam dixit xp̄us
in euangelio Math. xix. Quos deus cōiunxit
hō nō ſepet. repꝛhendens illos iudeos qui da-
bant libellū repudij vxori cum non placebat
eis. ⁊ ea dimiſſa cōtrahebāt cum altera adul-
tera. declarās hoc eſſe adulteriū nō matrimo
nium. et q2 Moyſes ꝓpter duritiem et crudeli-
tatē illoꝝ hoc ꝑmiſerat nō vt bonū et licitu3
ſed vt minus malum ne occiderent vxores ſi

dimittere nõ poſſent. Sepat igr̃ homo quos
deus coniunxit. ⁊ male facit infringẽs dei or
dinatõnem. cum ſine cauſa legitima dimittit
vxorem vel vxoꝛ viꝝ. ⁊ multomagis ſi adulte
rat. ⁊ peius ſi de facto cũ alia contrahat. Pro
nulla igr̃ cauſa licitum ẽ accedere ad aliaꝫ q̃
ad ꝓpam vxorem. Nec ex eo q͛ ſterilis ſit vxoꝛ
vt ex alia habeat filios. Nec ex eo q͛ infirma
q̃licũqꝫ ⁊ q̃cũqꝫ diutina infirmitate ⁊ incura-
bili. ſiue ſit ceca. ſiue ſit paralitica. ſiue lepro-
ſa. Nec ex eo q͛ eſt adultera vel q̃tũcunqꝫ ma
la vel heretica. Bene poſſet dimitti q̃tum ad
cohabitatõnem ⁊ thoꝛum ꝓpter adulteriũ vel
ꝑiculũ ſui ꝓbabile coꝛꝑis vel anime: ſed non
q̃ ad vinculũ. i. q͛ poſſit accedere ad aliam vi-
uente prima. al' adulteriũ eſt Et idem de vxo-
re erga virum. Unde Auguſt. Sic nõ ſũt fa-
cienda adulteria voluntate etiam procreãdi
filios. ſicut nõ faciẽda furta volũtate paſcen
di pauꝑes. xxxij. q. iiij. Sic̃. ⁊. q. v. c. Si vxo-
rem. ⁊. q. vij. ꝑ totũ. ¶ Quarto arguit̃ ꝑ legẽ
canonicã ⁊ ſinodalẽ. Nam eccleſia ſm̃ antiq̃s
regulas imponit pñiam ſeptennẽ pro adulte
rio. vt patet. xxij. q. j. c. Predicandũ q̃uis ho
die ſint in arbitrio cõfeſſoꝛis pñie imponẽde
ſiue pro iſto ſiue pro alio pc̃to. Et in aliquib᷒
eccl'ijs epiſcopalib᷒ ẽ etiã ſñia excõmũicatõ-
nis lata ꝑ ſinodales ꝯtra adulteros. De iure
aũt ꝯmũi q̃uis ñ ſint excõmũicati ip̃o facto.
deberent tamẽ excommunicari quando ẽ ma
nifeſtum ⁊ perſeuerans. A deo autem ſemper
ſunt excommunicati adulteri etiam occulti.
Punit etiam ipſum adulterum iure petendi
debitum ab vxoꝛe: ita q͛ non tenetur ei vxor
reddere debitum cũ hoc certitudinaliter no-
uit. q̃nimmo ſtatuit eccleſia q͛ ſi in adulterio
ꝑſeuerat notoꝛio nullo modo debet ei reddere
debituꝫ qui innocens eſt. ad hoc ne videatur
fauere ei in adulterio: ſed deſiſtat ab eo. Uñ
Hiero. Cum vxoꝛ carnẽ vnã in aliã diuiſerit
et ſe a marito ꝑ foꝛnicatõnem ſeꝑauerit: non
debet teneri. ne virum q̃ꝫ ſub maledicto faci-
at. dicente ſcriptura. Qui tenet adulteram fa
tuus eſt et iniquus. xxxij. q. j. Dixit dñs. ⁊ in
ca. ſe. Et idem iuris eſt oĩno in viro ⁊ vxoꝛe.
q̃nimmo poteſt cont̃ voluntateꝫ adulteri vel
adultere q̃ fidẽ ſeruat caſtitatis petere diuor
tiuꝫ ⁊ nõ cohabitare cum adultero. ⁊ intrare
monaſteriũ q̃ñ adulteriũ ẽ notoꝛiũ. vt notat̃
xxvij. q. ij. ca. Agathoſa. cũ glo. Si vis pleni᷒
de hijs vide in. iij. ꝑte ti. j. c. xxj. ¶ Quito ar-
guit̃ ꝑ legẽ ciuilẽ ⁊ impialẽ. Nã ꝑ legẽ ciuileꝫ
ꝓpter adulteriũ ꝓbatũ vxoꝛ ꝑdit dotes. vt in
Auten. vt liceat marito. §. qui vero coll'. viij.
ꝑdit ⁊ famaꝫ ⁊ honorem: ꝑdit ⁊ vitam aliq̃ñ.
Quis auteꝫ ip̃e leges ſeculares non puniant
ita viros perpetrantes adulteria cum ſolutis
ſicut mulieres perpetrãtes cum ſolutis viris
vl' cõiugatis. tñ ſm̃ rectius iudiciũ eccl'ie ita
peccat vn᷒ ſicut ⁊ alter. ⁊ ita deberet puniri.
Uñ dicit Inno. papa. Criſtiana religio adul-
teriũ in vtroqꝫ ſexu pari rõe ꝯdẽnat. xxxij. q.
v. ⁊. q. vj. Aug᷒ ait. Indignãt̃ mariti ſi audi-
ant adulteros viros ſiĺes adulteris feminis
pendere. i. ſuſtinere penas. cum tantograui᷒
eos puniri opoꝛtuerit. q̃tomagis ad eos ꝑti-
net ⁊ virtute vincere et exemplo regere femi
nas. Priuat etiam lex ciuilis natos ex adul-
terio paterna hereditate. et omnibus digni-
tatibus temporalibus. Ecce quomodo oĩa
iura ſumme arguunt ⁊ deteſtantur adulteriũ.
Et ideo ſumme cauendum.

¶ Q**tum ad tertium** .§. iij.

ꝑncipale. ſ. q̃uamẽ expectãdũ. i. penam dicit.
Statuã ꝯt̃ faciem tuã. i. in iudicõ. ipſa pc̃ta
⁊ mala q̃ ex adulterio oꝛiũtur. tibi oñdet̃ ipſa
pc̃ta ⁊ mala. ⁊ ipſa te accuſabunt: ex quibus
ꝯdẽnaberis. Naꝫ vt dr̃ Hebꝛe. xiij. Adulteros
iudicabit deus. ſ. ad ignẽ eternũ. Et ꝑmo q̃dẽ
pena eſt eis ſũma cõfuſio. quã habebit adult̃
coram toto mundo. Certuꝫ eſt q͛ ſi mulier no
bilis nunc accuſaretur de adulterio in iudi-
tio in aliqua ciuitate coram populo. habereꝫ
ſummam penam confuſionis. O q̃ta confu-
ſio tunc coram toto mundo ⁊ amicis ⁊ inimi-
cis argui de adulterio animam que nobiliſſi-
ma eſt. que violauit etiam ſacramentum dei.
Qꝫ viri nõ erubeſcant nũc de adulterio ꝓpter
quod manifeſte committunt: hoc procedit ex
maxima cecitate. quia nõ cognoſcunt graui
tatem mali. cuꝫ deberent magis erubeſcere q̃
mulieres. ſed tunc ſublata tali cecitate igno-
rantie ſumme cõfuſioni patebunt. Hiere. xx.
Confundentur vehementer. quia non intelle
xerunt obpꝛobꝛium. ſcilicet peccati. ¶ Pri-
mo ſtatuetur ante faciem ſuam grauitas hu-
ius peccati ex iiuſticia maxima ⁊ iiuria quã
fecit proximo et violatõne ſacramenti dei et
eccleſie ꝓpter quod puniuit deus terribiliter
iſtud vitiũ. Nam vt habet̃ Iudi. xix. propter
adulteriũ ꝑpet̃tũ cum vxoꝛe cuiuſdam leuite
a viris ciuitatis Gabaa. qꝛ noluerũt eos pu
nire illi de tribu Beniamin mortui ſũt in bel
lo circa ſexaginta milia hominũ. Nã ĩ primo
⁊ ſecũdo bello facto adinuicẽ. xj. trib᷒ fuerũt
ꝯbellati a t̃bu Bẽiamin moꝛtuis pluſq̃. xxx.
milib᷒ de ipſis. quia confidebant de ſua mul-
titudine. cum eſſent. cccc. milia vel circa. In
tercõ bello ꝯpũcti ⁊ de dño ꝯfidẽtes habuerũt
victoꝛiam deleta tribu Beniamin. ſ. xxv. mi
lib᷒. quingentis exceptis. Et hoc deus ꝑmiſit
in penã adulterij. Sed in hiſtoꝛijs romanoꝝ
narrat̃. q͛ ꝓpter adulteriũ cõmiſſum ab An-
tonio qui ſibi cũ Octauiano condiuiſerat to-
tuꝫ impium. ex eo q͛ repudiauit vxorem ſu-
am Antonius germanam Octauiani et ad-
heſit carnaliter Cleopatre regine egipti libi
dinoſe femine. Octauianus ĩdignatus mouit

854 cont̄ eũ bellũ nauale ⁊ terreſtre. ⁊ vbiqꝫ Antonius fuit deuictus. ⁊ demũ fugiens añ eum ipẽ cñ Cleopatra ſeipſos occiderunt. ¶ Scdo ſtatuet ꝯ faciez ſuã. ſ. adulteri. odia. blaſphemias. detrctõnes. q̄ exurgunt ꝓpter illud. Naz rõ eſt ꝙ hoc poſſit celari. Et ſi mulier cõmittat adulteriũ qđ ſciatur. maritus q̄ſi ſꝑ odit eaz. ⁊ nõ patit̄ eã aſpicere. ſibi ⁊ filijs ĩprope ratur. Unde oriuntur ꝯtumelie. meretrix nũcupatur: qđ ſuſtinere nõ valet. Si vir adulteriuz ꝯmittit. vxor ſciens blaſphemat. cupit ſibi mortẽ. ſũme odit eã cũ q̄ adulterat̄. anxiatur ſuſpitõnibꝫ. ⁊ aliquando iuditijs dei obliuiſcit̄: qđ totũ agit adulteriũ ꝯmiſſũ. ¶ Tertio ſtatuet ꝯ facie̅ hoĩcidia q̄ inde ſequũt̄ aliqñ. Nã occidũt̄ aliqñ filij a talibꝫ ꝯcepti etiã ſine baptiſmo ad occultandum adulterium: qđ eſt maxima crudelitas: nec pt̄ maior cogitari ꝙ̄ ꝓpꝛios occidere filios. aliqñ occiduntur ipſi adulterãtes. q̄uis eñ nullo modo poſſint vl' debeãt occidi a priuatis ꝑſonis: nec patre nec mr̄e. nec marito nec fratribꝫ. aut alijs: ſꝫ ſolũ a iudice ꝯmũitatis ꝑ viam iuris. Et ſm canoniſtas ꝗuiſſime punitur interfector vxoris ꝓpt̄ adulteriũ. vt xxxiij. q. ij. c. admonere. tñ de facto auditur ſepe hoc fieri. ¶ Quarto ſtatuet ꝯ facie̅ furta inde ſecuta. Nam mulier ml'tociens dat adultero de bonis viri. ſed ⁊ ſi caſu filiũ ex adulterio ſuſcipiat. de bonis viri ſui nutriet eũ. ⁊ hereditatẽ totã vel ꝑtẽ ſuſcipiet prĩs ſui putatiui. Uñ cũ omnia iſta ipſa furet̄ marito vel legitimis alijs heredibꝫ. qñ miſera vl' quomodo ſatiſfaciet? Uide de hac ſatiſfactõne. ſuꝑ ti. j. ¶ Quinto ſtatuet cont̄ facie̅ diu̅ſas ſpẽs luxurie ĩde ſecutas. Nã ſi vir ſciens vxorẽ adulterã raro ſibi reconciliatur. q̄uis penitẽtem deberet ſuſcipe: ſed indignatus accedit ad alias feminas. vel etiã maſculos. cũ tñ deberet ꝯtinere. Et mulier hoc audiens de viro ex indignatõne aliquãdo etſi ſit al' caſta inclinatur ad turpia faciẽdum cum alijs. vl' ꝑ alios modos. Et diligenter attendẽdum ꝙ nõ excuſatur mulier a pctõ adulterij aſſentiens viro timore verecundie vel infamie vl' etiam mortis comminatẽ. ſicut aliqñ aliq̄ faciũt. q̄ licet ſint peſſime contẽte timentes ſi clamẽt. ne cõfũdãtur: aſſentiũt. Uñ illa nobiliſſima matrona Lucretia vxor Collatini al' caſtiſſima ml'ier non excuſatur a peccato adulterij. cuz aſſenſit Tarquino filio Tarquini ſupbi vltimi regis romanorum. ex eo ꝙ ille minatus ẽ. ꝙ ſi nõ conſentiret ſibi occideret iuxta eam in lecto famulum diuulgans apud maritum ⁊ alios. ꝙ q2 in adulterio eos ꝯprehenderat: occiderat. ꝓpter qđ illa timens magis infamiam ꝙ̄ mortem aſſenſit. ⁊ poſtea ad oñdendã diſplicentiã huius facti ne crederetur libidine victa coram Collatino marito ſuo ⁊ alijs cõſanguineis ad ſe vocatis gladio ſeipſaz occidit. Male fecit aſſentiẽdo et adulterium commiſit: ſed peius adhuc ſe occidendo. vt oſtendit Auguſ. in ꝑmo de ciuitate dei. Non ſic fecit illa caſtiſſima ⁊ ſanctiſſima Suſanna vxor Joachim. Sed cum ſenes peſſimi inuitarent ad nephas cõminando eam ſe accuſaturos de adulterio ſi non aſſentiret eis. Reſpondit illa. et bene. Anguſtie ſunt mihi vndiqꝫ ⁊c̄. Unde ſubito clamauit pro adiutorio. et licet illi ſenes accuſaſſent ⁊ cõdemnaſſent. deus miſericorditer ⁊ mirabiliter liberauit eam. Hiſtoriam habes Danielis. xiij.

¶ Capitulum quartum de vitio cont̄ naturã.

Uitium contra naturã eſt altera ſpecies luxurie. quod ẽ grauiſſimum ſuper omnia alia vitia luxurie. Unde Auguſti. dicit. Adulterij malum vincit fornicatõnem. ſcilicet in grauitate culpe. Uincitur autez ab inceſtu. horum omnium peſſimum eſt quod ꝯt̄ naturam eſt. xxxij. q. vij. Adulterij. Sed eſt iſta ſpecies non ſpecialiſſima quã oportet cõfiteri ſed ſubalterna. genus ad alias ſpecies ſpecialiſſimas. videlicet.

Mollitiem.
Sodomiam.
Innaturale.
Beſtialitatẽ.

¶ Et de mollitie ait apl'us j Corin. vj. Neqꝫ molles regnũ dei poſſidebunt. Sumitur etiam mollities ſm aliam acceptõnez pro vitio inconſtãtie. ⁊ de hoc infra. De ĩnaturali vitio ait Auguſ. Cõt̄ naturã ẽ ſi vir vtat̄ mẽbro mulieris nõ ad hoc deputato. Uñ apl'us. Sciat vnuſquiſqꝫ vr̄m ſuũ vas poſſidere in ſanctificatõe et honore. i. ſm debitũ modũ. nõ ĩ paſſione deſiderij ſicut gẽtes. i. pagani. Et ĩtelligit̄ nõ ſolũ de vaſe corporis ſui. ſed etiam de vaſe vxoris ſm debitum modum vt poſſit ſequi generatõ filioꝝ ad honorem dei. ⁊ nõ eo modo quo magis delectatur. De ſodomia ait apl'us. j Cor. vj. Neqꝫ maſculorum concubitores regnũ dei poſſidebunt. De beſtialitate Leuit̄. xx. Qui coierit cum iumento morte moriatur. Dicit̄ etiam aliquo modo vitiũ cont̄ naturã cũ vir agẽs cum muliere. ⁊ ſi ſeruet debitum vas. nõ tñ debitũ modũ cõſuetum a natura et magis aptũ ad generatõem. vt ſi mulier vertat viro dorſũ ⁊ non faciem. vl' ſi ſupergrediatur vir ⁊ huiuſmodi modos monſtruoſos. q̄ vtiqꝫ peccata ſunt. ⁊ aliqñ ⁊ ſi nõ ſemꝑ mortalia: quod execrabiliter fit in meretrice. execrabilius in vxore. xxxij. q. vij. Adulterij. Sꝫ de hijs ĩ. iij. ꝑte ti. j. c. xxiij. Uñ b Tho. ſcđa ſcđe. q. cliiij. arti. xj. ſic dicit. Ubi. n. ẽ determĩata ſpẽs luxurie. vbi ſpecial' rõ deformitatis occurrit: q̄ facit indecentẽ actũ venereũ. Qđ pt̄ eſſe dupl'r. Uno modo q2 repugnat ratõni recte. quod eſt cõmune in omĩ vitĩo luxurie. Alio mõ q2 etiã

Et hoc tum ex parte puelle. que ex hoc ꝙ̄ vio⸗ latur nulla pactōne coniugali precedenti im peditur a legitimo matrimonio conſequēdo. Nam tales quando hoc ſcitur cōmuniter re⸗ cuſantur vt inhoneſte mulieres. Ponitur eti am per hoc in via meretricandi. a quo retra hebatur. ne ſignaculum virginitatis amitte ret. Tum etiam ex parte patris q̄ de eius cu⸗ ſtodia ſollicitudinē gerit. ſm illud Eccī. xlij. Super filiam luxurioſam confirma cuſtodi⸗ am. ne quando faciat te venire in obprobriuꝫ inimicis tuis. Et ex hoc patet ꝙ̄ ſtuprum eſt ſpecies determinata ⁊ diſtincta a luxuria. qꝛ importat illicitam defloratōnem virginū ſub cura parentum exiſtentiū. Quia Sichen fi⸗ lius Emor commiſit ſtuprum cuꝫ Dina filia Jacob. inde ſecuta ſunt mlt̄a ⁊ magna mala. Nā fratres eius ſimulantes ſe velle ipſā . Di⸗ nam dare illi Sichen in vxorē prout affectu⸗ oſe poſtulabat. ſi tamen ipſe cum toto popu⸗ lo ſuo circumciſionem acciperet. acquieuit il le cum patre. Et hoc ſeruato tertia die circū⸗ ciſionis facte quando dolor erat maior inciſu re. Simeon et Leui intrarunt ciuitatem Si⸗ chen. ⁊ ip̄m dñm ciuitatis pr̄em cum filio ac omēs alios habitatores ciuitatis illius in ore gladij percuſſerunt. iuuantibꝫ eos omībꝫ fra tribꝫ eoꝝ in vindictā ſtupri. cont̄ volūtatem tñ patris ſui Jacob. vt habetur Geñ. xxxiiij.

De ſatiſfactione ſtupri .§. j.

c vtruꝫ teneatur in aliquo ſtuprator ſatiſface⸗ re? ⁊ ī quo. Rñdetur ſm Tho. vbi ſup̄. qꝛ hoc habet duplicem iniuriā annexā. vnaꝫ ex ꝑte virginis. aliā ex ꝑte pr̄is ſub cuius cura eſt. ideo tenet̄ ſatiſfacere aliq̄ mō vtriq̄ꝫ. Ex ꝑte q̄dē virginis. qꝛ etſi eam nō vi corrupit. tamē ſeducit. ꝓpter qḋ tenet̄ ſatiſfacere. vnde Exo. xxij. dr̄. Si ſeduxerit q̄s virginem nondū de⸗ ſponſatā. dormieritq̄ꝫ cuꝫ ea dotabit eā et ha bebit ī vxorē. Si aūt pater virginis noluerit dare ei. reddet pecuniam iuxta modum dotis quā virgines accipe cōſueuerunt. Et qꝛ etiaꝫ pr̄i puelle iniuriat̄. ei etiā tenet̄ ad penaꝫ ſm legem. Dr̄ enī Deutero. xxij. Si inuenerit vir puellā v̄ginē q̄ nō habet ſponſū. et apprehēdēs concubuerit cum ea. ⁊ res ad iudicium vene⸗ rit. dabit qui dormiuit cum ea. l. ſiclos argen ti. ⁊ habebit eam vxorem. et quia humiliauit eā nō poterit dimittere illā cūctis diebꝫ vite ſue. Et hoc ideo ne videatur ludibrium feciſſe ſm Auguſ. hec Tho. Et qꝛ hoc ꝑceptuꝫ inter iudicialia ponit̄. q̄ nō obligāt niſi inq̄tū ec⸗ cleſia vl' aliq̄ ciuitas illa aſſumāt vt ꝯtinētia magnā eq̄tatem. ideo nūc ad illa nō videtur obligari. niſi quatenus in ſtatutis alicuius ciuitatis haberetur. ⁊ in iuditio contentioſo ad illa cōdēnaret̄. Et idē dicendū de quacūq̄ꝫ alia pena ſtatuta. cōt̄ tales q̄n fuiſſet adiudi⸗ catus. Jn foro iudiciali eccleſie videt̄ teneri

ad alteꝝ hoꝝ constuprator .ſ. aut ſumere in
vxorem. aut maritare .i. dotē dare. ar. ex̄ᷓ de
adul. ca. j. Sed vt dicit ibi glo. hec fuit pena
antiq̄. Hodie autem ſic punitur. q̄ aut ducat
eā. aut verberat⁹ ⁊ a ſacr̄mentis excluſus retru-
datur in monaſteriū ad agendam p̄niam. de
q̄ egredi non poſſet. ex̄ᷓ eo. ca. ij. Aliqui etiā
glo. intelligūt hec de ſeductore ſeruanda. q̄n
ſeducit .i. ſeorſū a domo abducit per violen-
tiam. ¶ In foro aūt cōſcie ſic agendū videt̄
ſm Wil. Si deflorat eā volūtariam. nō tene-
tur ei. p̄ri aūt tenet̄. q̄ iniuriatus ē ei. vn̄ in
aliquo ſatiſfaciat vel ſaltim eū placet. Si aūt
ſeduxit. puta ꝑmiſſionib⁹ et mendacijs. non
videtur fuiſſe voluntariam. Inuitā ḡ ⁊ ſedu-
ctam ſi cōſtuprauit. iniungendū eſt ſibi q̄ ſa-
tiſfaciat ad arbitriū boni viri. vel cū ea com-
ponat. ⁊ ſi ꝑmiſiſſet eā ducere in vxorē vt co
pulā ab ea extorq̄ret ſeruet ꝑmiſſum. et mul-
tomagis iuramēto firmatū. et hoc niſi nimis
diſtās eſſet eoꝝ condit̄o. puta mulier plebea.
vir nobilis ⁊ potēs. Non. n. mulier p̄ſumitur
fraudē ignoraſſe. vel etiā ſi magnum aliquod
ſcādalū inde creditur ꝑuentuꝝ. ⁊ tunc petat
remiſſionem ꝑmiſſi. ⁊ alit̄ ſatiſfaciat ſm ſuā
facultatē. ⁊ mulieris indigentiā. Parētes aūt
qui tradunt filias ſuas nobilib⁹ ⁊ diuitib⁹ de-
florādas. vt ꝑpter hoc eas nuptui tradāt. ill'
dotantibus. peſſimi ſunt leones. vel etiam vt
ex pecunia collata propter turpitudinē inde
viuant. digni morte tēporali et eterna. quod
horrens. b Nicolaus adoleſcens prouidit ꝑui-
caneo ſuo nobili. ſed pauꝑi. proijciēs per fe-
neſtram domus maſſam auri trib⁹ vicib⁹ pro
dotib⁹ trium ſuarum filiaꝝ quas intendebat
ꝯſtituere. Tenētur tn̄ abutētes eis ꝓuidere.
nec pc̄m ſtupri euadūt ex hoc q̄ de volunta-
te puelle ⁊ parentū hoc agant. ⁊ ablata veri-
tate fornicat̄onē cū eis cōmittūt ſe immiſcē-
do cū eis ſi ſoluti ſunt. Si aūt violentia infe
ratur puelle abſoluta aīmo ſemꝑ renitēs. ſꝑ
ſtuprū quidē eſt ex ꝑte viri. ⁊ grauiter puniri
debet vt conſtuprator ⁊ raptor. Ipa autē nec
peccat nec amittit virginitatem ⁊ ſi ſignacu-
lum virginitatis amiſit. Etſi ſe defendēdo ne
violet̄ ſiue nupta ſiue īnupta caſu occideret
eā inpetentē non ob vindictā nec homicidiū
intēdens. ſed ſuam defenſionem. puta vibrat
gladiū cōt̄ eū ne capiat credo non peccaret.
quia vim vi repellere ē de iure nature. diſ. j. c.
ius naturale. Etſi licet nōſolum ſe ſed ⁊ bona
ſua defendere ne capiātur a latronib⁹. quare
etiā ne pudicitiā et honorem ſuū amittat: et
ne maxime tēptat̄oni exponatur: Sed ſi vio-
lentia condit̄onalis inferatur. puta quia cō-
minatio fit ei de morte vel infamia. vel vere-
cundia ducta non audet clamare. vel timet
ſcandalum magnū oriri non excuſatur a ſtu
pro ⁊ peccato conſequenter.

¶ Capitulum ſeptimum de Raptu.

Raptus eſt illicitus coi-
tus a rapiendo dictus. Et vt dicit̄ a
xxxvj. q. j. Raptus cōmittitur cū
puella q̄ violenter a domo patris
abducitur vt corrupta in vxorē habeatur.
Et quia hab; ſpecialem deformitatem in ma-
teria venerea. ideo ipſa eſt determinata ſpe-
cies luxurie. Et vt dicit beat⁹ Tho. ſc̄da ſc̄de.
queſt̄ō. cliiij. arti. vij. Raptus quandoq̄ con-
currit cū ſtupro. quandoq̄ inuenitur rapt⁹
ſine ſtupro. quandoq̄ ſtuprū ſine raptu. Cō
currit quidem raptus cū ſtupro quando ali
quis infert violentiā ad virginem illicite de-
florandam. que quidem violentia quandoq̄
infertur tam virgini q̄ patri eius. quandoq̄ b
infertur patri ⁊ non virgini puta cum ipa cō
ſentit q̄ de domo p̄ris abducatur. Differt aūt
violentia raptus alio modo. quia quandoq̄
puella violenter abducitur a domo parentū
⁊ violenter corrumpitur. quandoq̄ ⁊ ſi violē-
ter abducitur non tamen violenter corrūpi-
tur ſed de voluntate virginis. ſiue corrumpa
tur fornicario coitu ſiue matrimoniali. qua-
litercunq̄ violentia abſit ſaluatur ratio ra-
ptus. Inuenitur autem raptus ſine ſtupro.
puta cū quis rapit viduam vl' puellam cor-
ruptā. Unde Simachus papa dicit. Rapto
res viduarum vel virginum ob inmanitatē
tanti ſceleris deteſtamur. Stuprū vero ſine
raptu quando aliquis abſq̄ violentie illat̄oe
virginem illicite deflorat. Item ſm Tho. vbi
ſupra. aliter dicendum eſt in raptu puellarū
que ſunt alijs deſponſate. ⁊ aliter ō raptu ea-
rum que non ſunt deſponſate. Ille enim que
ſunt alijs deſponſate reſtituēde ſunt ſuis ſpō
ſis qui in eis ex ſua deſponſatione ius habēt.
Ille autem que non ſunt deſponſate alijs re-
ſtituende ſunt primo patrie poteſtati. ⁊ tunc
de voluntate parentum poſſunt eas licite in
vxores accipere. Si autem aliter fiat. illicite
matrimoniū cōt̄hit̄. q̄ q̄cūq̄ rē rapit: tenet̄
ad reſtitut̄ōnem eius. tn̄ ſi non fiat talis reſti
tutio. et puella rapta conſenſerit voluntarie
in habēdo raptorem ſuū in viꝝ: tenet matri-
moniū. Nā raptus ⁊ ſi impediat matrimoniū
cōt̄hēdum. nō tn̄ dirimit cōtractum. vnde q̄ð
dr̄ in cōcilio Meldenſi. Placuit vt hij qui ra-
piunt feminas vl' furantur vl' ſeducunt eas.
nullaten⁹ eas habeāt vxores. q̄uis eas poſt-
modum nuptialiter cum conſenſu parentum
ſuſceꝑint. xxxvj. q. ij. Placuit. dictū ē in dete-
ſtat̄ōnē criminis. Uel poteſt ītelligi de hijs q̄
ſūt alijs deſpōſate maxime ꝑ v̄ba de p̄nti. hec
Tho. in glo. ſūmaria. xxxvj. q. ij. ī p̄n. q̄ſtōis.
vbi tractat̄ hec queſt̄ō. ſ. vtrum raptor poſſit
raptam h̄re in vxorem ꝑacta penitētia ſic dī.
hec queſt̄ō dubiū non hab;. quia vtiq̄ poteſt
raptor raptam h̄re in vxorē ꝑacta p̄nia. ⁊ eſt

expreſſū ex̄ de raptorib⁹. ca. Accedēs. Et hoc niſi ſit ſponſa alterius de pn̄ti. tūc. n. illi reddenda ē. ſed ſi eſt ſponſa de futuro non cogit̄ eā recipe. vt. xxxvj. q. j. Lex illa. Capitula ꝗ̄ q̄ dicūt q̄ nō poſſit rapta manere cum raptore. intelligenda ſunt qn̄ rapta non cōſenſit in mr̄imoniuꝫ raptoris. ſed potius in ſtuprum. cū. n. in pc̄to maneāt ſepandi ſunt. vel intelligūtur qn̄ rapit̄ ſpōſa alterius. q̄ ſi eēt ſpōſa de futuro ⁊ cū raptore cōtraxiſſet voluntarie ꝑ verba de pn̄ti. cuꝫ eo remaneret etiā contradicentib⁹ parentib⁹. Un̄ Hiero. ſic ait. Tria legitima cōiugia in ſcripturis legunt̄. ¶ Primū legitimuꝫ cōiugiū ē. ſ. virgo caſta in virginitate viro data legitime. ¶ Secundum eſt virgo i ciuitate dep̄hēſa a viro. et illi ꝑ vim copulatā ſi voluerit pr̄ eius dotabit eam iſte vir inq̄tū iudicauerit pr̄. et dabit preciū pudicitie eius ⁊ erit illi vxor. ſ. ſi conſenſerit mulier in matrimoniū. ¶ Tertiuꝫ ē filia dep̄hēſa in ciuitate. ſ. a raptore ſi non voluerit pater eius. ſ. illi dare in vxoreꝫ. detrahet eā ipi viro ⁊ dabit alteri ⁊ dotabit eaꝫ ⁊ legitima erit ei. quod intelligitur qn̄ puella nō ꝯſenſit i mr̄imoniū. ſꝫ i ſtupꝝ cū raptore. xxxvj. q. ij. tria.

De pena raptoris .§. j.

a Mulierū dicit Ray̆. in ſūma. q̄ pena raptoris ſm̄ leges ē vt capite puniatur. ⁊ eius ſubſtātia rapte applicet̄ ſi ingenuā rapuit. Si vero ancillam vel liberā. ſubſtātiam non amittit: ſed tn̄ decapitat̄. ar. xxxvj. q. j. De raptorib⁹. De decapitatōe dī expſſi⁹. C. de rap. virgi. l. j. Scd̄m canones aūt raptor efficit̄ ſeru⁹ rapte niſi ſe velit redimere. vt dicto. c. de raptorib⁹. Itē debꝫ excōmūicari cū fautorib⁹ ſuis. xxxvj q. ij. c. j. ⁊. iiij. Si tn̄ rapta velit contrahere cuꝫ raptore. pt̄ vt dictuꝫ eſt ſup̄. Et dicit ibi glo. Ray̆. q̄ hec pena pt̄ infligi in foro iuditiali n̄ in foro pn̄iali. Nota etiam ſm̄ Goff. q̄ predicte pene intelligūtur infligende ſi rapuit mulereꝫ honeſtā. ſecus ſi rapuit meretricem. vt C. de rap. virgi. l. j. Nec diſtiguitur vtrum volentē mulierē q̄s rapiat vel inuitaꝫ. ſponſam ꝓpriā vel alienā. cōiugatā vel non cōiugatā. q̄uis acri⁹ puniat̄ q̄s ꝑ adulterio. Dicit etiā b Tho. vbi ſup̄. q̄ qꝛ ſponſus ex ipa deſponſatōne habet aliq̄d ius in ſua ſponſa. ideo q̄uis peccet violētiam inferendo. ſ. educendo ſponſam de domo parentū violenter. excuſat̄ tam̄ a crimine raptus ſumendo ſtricte. Unde Gelaſius papa dicit. q̄ lex p̄teritoruꝫ principum ibi raptum dicit eſſe cōmiſſum. vbi puella de cuius nuptijs nil actuꝫ fuerat videbatur abducta. xxxvj. q. j. Hoſti. etiā dicit q̄ ſi deſpōſatam de pn̄ti volentem monaſterium ingredi vir rapiat ⁊ carnaliter cognoſcat. nō poterit poſtea ingredi cōtra eius voluntatem. Uſus enī eſt re ſua. ⁊ ſi nō debito modo. Item dicit Ray̆. q̄ ſi princeps committat iudici eccleſiaſtico poteſtatē puniendi tales. ipſe circa mortem vel mutilationem vel ſanguinis effuſionem enormeꝫ. poterit iubere raptorem incarcerari. ⁊ flagellari. ita tam̄ q̄ flagella in vindictam ſanguinis trāſire non videantur. vel pena pecuniaria mulctari. Quos tamē inuenerit exceſſiſſe. ꝑ mēbri mutilatōnē vl̄ morte debet reſeruare puniēdos regie poteſtati. extra eo. ti. in archiep̄atu. Siquis etiā ſeruam inuitā violauerit vel ſeruū. iniuriaruꝫ actōe tenet̄. de peni. diſ. j. Siquis. Etſi perſeuerauerit in viti o impetēdo eaꝫ. nec poſſet reſiſtere qn̄ violentiā ſibi inferret. ſi aliter non pt̄ ſue pudicitie ꝓuidere licite poſſet fugā inire. Si enī licet furari in caſu neceſſitatis ad euadēduꝫ mortē corpis. vt de conſe. diſ. v. ca. Diſcipulos. Etſi licet vxori a viro diſcedere trahētem ipaꝫ ad mortale. ⁊ econuerſo. vt habetur xxviij. q̄ſt. j. Idolatria. Etſi licet reo capto ad mortē fugere cū aditus patet ſine reſiſtentia q̄re etiā nō licet ſerue recedere a dn̄o ad euadenduꝫ mortem aīe. ex quo freq̄nter moleſtat eam remittentē. ⁊ ad malum cogit: Qꝫ autem ꝑdat dn̄s ius ⁊ ꝑciū ſerui. imputet ſibi. quia priuilegiū meret̄ amittē q̄ ꝯceſſa ſibi abutit̄ ꝑtate. xj. q. iij. Priuilegiuꝫ. Propter raptum ſauinarū (vt refert Auguſt. in li. de ciui dei) maxime cedes hoīm ſecute ſunt inter vtraq̄ꝫ pt̄e. ſ. romanoꝝ ⁊ ſauinoꝝ. Cum enim roma eſſet adhuc q̄ſi de nouo ꝯſtructa. ⁊ multi eoꝝ eſſent ſine vxorib⁹. fecerunt quoddam feſtum in dolo. ad q̄d cōcurrētes vt moris eſt femine de partib⁹ vicinis. ut de Sauina. illi romani rapuerunt eas vt haberent vxores. vnde ſecutum eſt bellum ⁊ magna ſtrages.

¶ Capitulum octauum de Sacrilegio.

b Sacrilegium prout eſt ſpecies luxurie. ē coitus exercit⁹ ꝑ ꝑſonā ſacrā vel cū ꝑſona ſac̄. i. hn̄tē ordiem ſacꝝ vl̄ votū ꝯtinentie. vel etiā in loco ſacro. Pro cui⁹ declaratōe ſcienduꝫ ſm̄ Tho. ſcd̄a ſcd̄e. q. cliiij. arti. x. q̄ actus vnius virtutis vl̄ vitij q̄ ordinatur ad finē alteri⁹ aſſumit ſpeciem illius. ſicut furtū q̄d cōmittitur propt̄ adulteriuꝫ trāſit i ſp̄em adulterij. ⁊ econuerſo adulteriū q̄d cōmittit̄ propt̄ furtum faciendū tranſit in ſp̄em furti. Manifeſtū eſt autem q̄ obſeruatio caſtitatis ſm̄ q̄ ordinat̄ ad cultuꝫ dei tranſit in actum religionis. vt patet in hijs q̄ vouent et ſeruāt virginitatē. vt ptꝫ ꝑ Auguſ. in li. de virginitate. Un̄ manifeſtum ē q̄ etiaꝫ luxuria ſm̄ q̄ violat aliquid q̄d ꝑtinet ad cultum diuinum ꝑtinet ad ſpecieꝫ ſacrilegij. ⁊ ſm̄ hoc ſacrilegiū pt̄ poni ſp̄es luxurie. Poteſt aūt ꝯcurrē ſacrilegiū cū diuerſis ſpecieb⁹ luxurie. Si. n. abutatur ꝑſona coniuncta ſibi ſm̄ ſpū alem

cognationem cõmittit̃ ſacrilegiũ ad modum
inceſtus. vt inter cõpr̃em ꝛ cõmr̃em. Si aũt
abutat̃ virgine deo ſacrata. inq̃tum ſponſa
xp̃i. eſt ſacrilegiũ ꝑ modũ adulterij. inq̃tum
vero ẽ ſub cura pr̃is ſpũalis ẽ quoddã ſpũa-
le ſtuprũ. Si violentia inferat̃ erit ſpũalis
raptus. De quo vltimo dicit Juſtinianus im
parator. Siquis ñ dicaꝫ rape ſed attemptare
tm̃mõ matrimonij iungendi cauſa ſacratiſſi-
mas ṽgines auſus fuerit. capitali ſñia feriat̃
de peni. diſ. j. Siq̃s. ¶ Ad quãtũ dedecus ꝑue
niat hõ ꝑ hoc ſacrilegiũ. pt̃ elici ex verbis p̃s
dicentis. Hõ cũ in honore eẽt non intellexit.
cõꝑatus ẽ iumẽtis inſipiẽtib. Ubi nota tria
de triplici honore in q̃ ſe repire pt̃ ꝑſona ſa-
cra in qua inuenitur huiuſmodi ſacrilegium
ꝛ per ipſum vituperatur.
Primus eſt honor deifice ſponſalitatis.
Secundus eſt honor dominice poteſtatis.
Tercius ẽ honor ãgelice miniſterialitatis.

Quantum ad primum .§. j.

certũ ẽ q̃ magnus honor ẽ eſſe ſpõſaꝫ alicui⁹
regis. maior ſponſaꝫ impatoris. ſed maximus
ẽ eẽ ſponſaꝫ xp̃i Jhũ q̃ ẽ rex regũ ꝛ dominus
dñantiũ. hec aũt eſt q̃libet anima hñtis ꝛ ſer-
uãtis humilit̃ votũ virginitatis. Un̄ cuilibꝫ
illaꝝ ꝑfecte viuenti dicetur in fine vite. Ueni
ſponſa xp̃i. accipe coronam quaꝫ tibi domin⁹
p̃parauit ineternũ. Cuius. n. dicat aplũs de oĩb
caſte viuentib et bene. Deſpondi. n. vos vni
viro virginem caſtã exhibere xp̃o. rõne fidei
ſeruate cũ vera dilectõe. tñ alio modo magis
ſpeciali dr̃ hñs ꝛ ſeruãs ꝓpoſitũ virginitatis
votũ ſponſa xp̃i. Un̄ cum cõſecr̃tur virgo vel
bñdicitur. ip̃a cãtat illud. Jp̃i ſũ deſponſata
cui angeli ſeruiunt. cuius pulchritudineꝫ ſol
ꝛ luna mirant̃. Rep̃ſentat. n. ſtatum eccleſie
triũphantis. q̃ oĩes ſancti ſinceriſſimo amo
re inſeꝑabiliter xp̃o inherẽt ſine vlla corꝑis
corruptõe. Has. n. virgines dicit Joh̃. Apoc.
xiiij. ſequi agnum ſponſum ſuum quocunqꝫ
ierit. ꝛ cantare canticũ nouũ quod null⁹ ali⁹
cantare pt̃. quia videlicet xp̃m ꝑfecte imi-
tantur q̃ ad integritatẽ aĩe et corꝑis. Et ſpe-
ciale gaudiuꝫ qd̾ aureola dr̃ ꝓpter victoriam
carnis ꝑfectã ꝑcipiunt. qd̾ alij ſancti ꝛ ſancte
nõ ṽgines nõ hñt. Hinc ꝛ Ambro. Pulchritu
dinẽ maiorem eſtimare quis pt̃ decore ṽginis
q̃ amat̃ a rege ꝓbat̃ a iudice. dedicatur dño.
deo ꝯſecratur. Ciprianus. Uirginũ gl̃ia ſubli
mior flos ẽ eccleſiaſtici germinis. decus atqꝫ
ornamẽtuꝫ gr̃e ſpũalis. illuſtrior portio gre-
gis xp̃i. Jpſi. ſ. virgini. ſponſus dicit. in Can.
iiij. Ueni de libano ſponſa mea. veni de liba-
no. coronaberis. libanus interpretatur can-
didatõ. ꝛ ſignificat puritatem. bis dicit de li-
bano. quia duplicẽ puritatẽ debet hr̃e ſeruatã
aĩe. ſ. ꝛ corꝑis. vt coronetur aureola virgini
tatis. Cum igr̃ virgo ſit in magno honore et
ſanctitate. ſi in aliq̃d opus carnale labat̃ ſa-
crilegiũ ꝯmittit. q: ledit rẽ ſacrã violãdo ſpõ
ſaꝫ deo ꝯſecr̃tã. Tal̃ nõ intelligit q̃tũ theſauꝝ
amittit ſeu furat̃. theſauꝝ vtiqꝫ maximum. q:
nõ ẽ dig̃ põderatõ anime ꝯtinẽtis. vt dr̃ Eccĩ
xxvj. Et vt dicit aplũs ĩ. ij. ad Cor. iiij. Ha-
bem⁹ theſauꝝ iſtũ ĩ vaſis fictilib. i. corꝑib.
ꝛ iõ caute ãbulãdũ. q: ſi frãgat̃ iſtud ꝑ q̃dcũ-
qꝫ op⁹ carnale. irrecuꝑabilit̃ amittit̃. ſm̃ illd̾
Amos. v. Uirgo iſrl̃ ꝓiecta ẽ. et nõ ẽ q̃ ſuſci-
tet eã. Sup q̃ ṽbo dicit Hiero. Audact̃ dicã.
q: cũ cetera poſſit deus. ṽginẽ nõ pt̃ ſuſcitare
poſt ruinã. pt̃ q̃dẽ liberare a pena. ſ. debita ꝑ
pc̃to. ſꝫ ñ pt̃ coronare corruptã. ſ. aureola ṽ-
ginitatis. xxxij. q. v. Si paul⁹. Qd̾ Ugo cardi
nal̃ exponit dicẽs. ñ pt̃. i. ñ oñdit ſe poſſe vel
nõ ꝯſueuit hoc facẽ. Nõ itelligit tal̃ vtilitatẽ
ꝛ abhomiatõnẽ opis ſui. Un̄ Señ. Uoluptas
nihil habet magnificuꝫ. nil quod natura deo
ꝓximũ faciat a miniſterio viliũ membroꝝ ac
turpiũ veniẽs. Et vt dicit. b Tho. in. iiij. Uir
go fortius impugñtur temptatione carnis q̃
alij ꝑ modũ curioſitatis. q̃ſi appetens experiri
q̃titatẽ vel q̃litatẽ delectatõnis veneree quaꝫ
non eſt experta. cuius etiam imaginatõni dia-
bolus repreſentat quid magnum eſſe et valde
delectabile. qd̾ tamen eſt valde turpe adeo q̃
q̃libꝫ de hoc magis erubeſcit q̃ ð alijs actib.
Et vt narrat̃ in libro de natura apud. q̃dã ṽ-
go deo deuota cũ tẽptata amiſiſſet ṽginitateꝫ
in tantã triſticiã deuenit conſiderãs ꝑ quale
opus viliſſimũ amiſiſſet tantuꝫ theſaurum q̃
p̃ triſtitia ꝛ dolore mortua eſt. Non intelligit
talis. q: vt dicit Grego. Etſi momentaneum ẽ
quod delectat: tñ eternuꝫ qd̾ cruciat. pena. ſ.
debita tanto ſacrilegio ꝛ adulterio ſpirituali.
Hee inq̃t aplũs. j Thimot̃. v. recipient dãna-
tõnem maiorẽ. q: primã fidẽ irritã fecerũt. q̃
ſ. xp̃o ꝓmiſerũt ſolenni voto vt ſponſo fidem
caſtitatis ſeruare. Hinc Ciprianus ait ĩ libro
de virginitate. Si ſuꝑueniens maritus ſpon-
ſam ſuã iacere cũ altero viderit. nõne indig̃-
tur ꝛ fremit. ꝛ ꝑ zeli dolorem gladium portat
in manu ſua? Et q: xp̃us dñs ꝛ iudex nr̃ cum
virgine ſua ſibi dicatã. ꝛ ſãctitati ſue deſtina-
tam iacere cũ altero cernit. q̃ indignatur et
iraſcit̃? Quas penas in ſceleſtis iſtis coniũ-
ctõnib ꝯminatur? cuius vt gladi⁹ ſpũalis eſt
venturus iudicij dies. xxvij. q. j. Nec aliqua.
Et q: nõ intellexit: cõꝑatur iumentis inſipi-
entib. ꝛ factus ſimilis eſt illis nonſolũ iumẽ
tis. ſed inſipientibus iumentis ſimiles fiunt.
Cuis. n. oĩa iumẽta ſint inſipiẽtia. quia ſine
rõne ſũt. aliqua tñ ꝓpter quoſdam inſtinctus
naturales prudẽtia videt̃. q̃ſi aliq̃d ꝑticipare
rõnis et ſapiẽtie. Alia ṽo oĩno ſtolida vt aſi-
ni. Un̄ dr̃ ab a qd̾ ẽ ſine ꝛ ſenſu. hijs iumentis
magis ceteris ſtolidi ſunt ſacrilegi. luxurio-
ſi. de quib propheta. Quoruꝫ carnes ſunt vt

carnes azinorũ. Qͣta em̃ inſipientia iſta eſt:
q̃ta temeritas ſponſam regis eterni a ſpōſo
ſuo pulcherrimo. ditiſſimo. nobiliſſimo. potē
tiſſimo. optio recedere. ⁊ viliſſimo ſuo pau-
perrimo. deformi. infirmo adherē? Qͣta bru-
talis libido p̄ſumere accedere ad ſponſā do-
mini ſui. qđ nullo modo pt̄ ipm̄ latere? Meri
to coopantur iumentis inſipientib⁹ que nul-
la vtunt̄ ꝓpinquitate rationis. Aſſimilāt̄ re
cte eis. quia debent vt iumēta ſepari a ↄuer-
ſatione alioꝝ ꝑ excōicationem vel depoſitō-
nem. Unde dꝛ. xxvij. q. j. Siquis ep̄us. p̄ſbȳ-
ter. diaconus. vel ſubdiacon⁹. aut lector. aut
pſalmiſta. aut hoſtiarius. cū muliere deo ſā-
ctificata mechatus fuĕit: deponat̄. Si laic⁹
eſt: excōicetur. qꝛ ſponſaꝫ xp̄i corrupit. Se-
cūdum leges debet occidi. ⁊ bona ei⁹ cōfiſca-
ri. in auten. de ſanc. ep̄is in fi. ⁊ hec lex ē ca-
nonizata. xxvij. q. j. Siquis rapuerit. In qui
buſdā diocelib⁹ ꝑ ſȳnodales ↄſtitutōnes ta-
les ſūt ip̄o facto excōicati. Narrat ⁊ Valeri⁹
maximus ī. j. li. q̄ quedaꝫ etſi gentilis tn̄ de-
dicata cū alijs virginib⁹ ad ſeruandaꝫ caſti-
tatem dee veſte qꝛ repta eſt ī ſtupro ad mor-
tem punita ē. Et tales vt iumenta moriunt̄.

Secūdo repperit ſe §. ij.
a homo ī honore dn̄ice poteſtatis. H aūt eſt q̄-
cūqꝫ ſacerdos eſt. Tales dij dicūt̄. p̄s. De⁹ ſte
tit in ſȳnagoga deoꝝ. i. ſacerdotū. in medio
aūt deos diiudicat. i. ſacerdotes. Unde Greg.
ad Mauritium impatorem ſcribens ait. Sa
cerdotes aliqn̄ dij ī ſacris eloquijs vocātur.
b Scriptū eſt em̄ dijs nō detrahes. Quid ergo
mirū ſi illos veſtra pietas honorat. quib⁹ in
ſuo eloquio honorem tribuens deos appellat
ip̄e deus. Merito auteꝫ dij dicunt̄ ſacerdotes
ꝓpter poteſtatem dn̄i quaꝫ habent. Poſſunt
em̄ mutare panem ⁊ vinū in corpus ⁊ ſāgui-
nem dn̄i verbis ↄſecrationis. qđ nullus ange
lus. nullus ſanctus in celo. i. anima: nec ip̄a
virgo beatiſſima poteſt. ſed ſolus deus. Poſ-
ſunt etiam abſoluere a peccatis. vt abſoluti
debite intrent regnum celoꝝ. Unde Anteri⁹
papa. Abſit vt quicq̄ ſiniſtꝝ de huiuſmōi ar
bitremur. qui aplico gradui ſuccedentes cor
pus xp̄i ſacro ore conficiunt. ꝑ quos xp̄iani
ſumus. qui claues regni celorū habentes an̄
dieꝫ iudicij iudicāt. xj. q. iij. Abſit. Magnus
igit̄ honor. magna eſt poteſtas ſacerdotum.
Sed ſi non viuūt caſte ſed luxurioſe. ſacrile
giū cōmittunt. et non intelligūt ſuū honorē
quem ita vitupant. Homo cū in honore eſſet
nō intellexit quod dn̄s p̄cepit Aaron Leuit.
xxj. Homo de ſemīe tuo. i. de genere ſacerdo-
tali. qui habuerit maculas nō offerat panes
do ſuo. nec accedat ad miniſteriū eius. i. nō
offerat ſacrificia. nec miniſtret ſacramenta.

Et inter alias maculas ponit has. ſ. ſi habu
erit iugem ſcabiem. ſi fuĕit ponderoſus. Qđ
exponens Greg. ī paſtorali ait. Iugem ſca-
biem habꝫ. cui peculātia ſine ceſſatiōe domi-
natur. In ſcabie em̄ feruor viſceꝝ ad cutem
trahitur. ꝑ quē luxuria deſignatur exterior.
Ponderoſus eſt qui nequaq̄ quidem vſqꝫ ad
opus nephariū rapitur. ſed eius animus vo
luptate luxurie ſine vllo repugnatōis ſtimu
lo delectat̄. xlix. diſ. hinc etiā. Nō intellexit
talis ſacrilegus. quod ait iteꝝ dn̄s. Munda-
mini qui fertis vaſa dn̄i. Fert ſacerdos vaſa
dn̄i. qui vaſa cōſecrata quotidie tractat. Ua-
ſa fert qui ſacramēta xp̄i que ſunt vaſa gra-
tie dn̄i ī manib⁹ portat. Fert vaſa dn̄i. quia
animas ſubditorū habet regere ⁊ ſuſtentare
monitis et oꝛonib⁹. ⁊ ideo debꝫ mundari mē-
te ⁊ corpore. Qͣtuꝫ ſcelus ſacrilegij patraret
qui vaſa ſacra vel ſacramēta manib⁹ lutoſis
ↄtingeret vel ea in lutum ꝓijceret? hoc agit
ſacerdos luxurie vacans et ſacramēta cōtre-
ctans. Nō intellexit miſerrim⁹ q̄ ꝓpter hoc
xp̄m vt Iudas ꝑdit. Dicit ei hiero. Dic mihi
ſacerdos q̄uo cū his labijs quib⁹ oſculatus es
filium homīs. i. xp̄m ī ſacramento. oſcularis
labia meretricis? O iuda filiū homīs tradis
. i. ſimilis es ei. Non intellexit qui iram dei ↄ
ſe ꝓuocat. In cuius figuram Nadab ⁊ Abiu
ſacerdotes quia obtulerūt ignem alienuꝫ nō
dn̄i mortui ſunt. Ignis domini eſt amor ca-
ritatis. Ignis alienus eſt ignis ↄcupiſcentie
⁊ carnalitatis. cum quo ī cōſpectu dn̄i acce-
dentes in eccleſia a dn̄o puniunt̄. Permaxie
autem ſcandalizant ꝑplōs pluſq̄ ꝑ alia vitia
vnde reuerentiam et deuotionem vix poſſūt
habere. nedū ad eos. ſed ad ſacramēta eorū.
Et ꝓpter huiuſmodi ſacrilegia eoꝝ compā-
tur iumētis ſimiles eis effecti. O q̄ta ⁊ q̄in-
felix mutatio ex deo effici iumentū inſipiēs.
Sicut em̄ iumenta onerātur ↄtinuis oneri-
bus. verberant̄ frequentibus verberibus. cō
temnūtur a cūctis hominib⁹ ꝓpter malaꝫ vi
tam eoꝝ ⁊ ſacrilegam. quotidie impoſitiōes
exiguntur ab eis. gabella et tributa a laicis
ↄtra omīa iura vbi prius ꝓpter bonam vitā
fuerant facti exempti ab omībus his. puni-
untur vt iumenta. Nam vt habet̄. lxxxij. diſ.
p̄ſbȳter. ſacerdos pro fornicatōe debꝫ pn̄iam
agē. x. annis ⁊ duob⁹ p̄mis ī pane ⁊ aq̄. alijs
quiqꝫ ſequētib⁹ ter ī ebdomada ī pane et aq̄.
⁊ in reſiduis etiaꝫ aliquā pn̄iaꝫ facē ſm̄ for-
mam ibi traditā. ⁊ intelligit̄ de fornicatione
publica ſm̄ hoſti. hodie tn̄ huiuſmōi pn̄ia eſt
arbitraria. Nota etiā q̄ ſacerdos qui cogno-
uit carnaliter filiam ſp̄ūalem. i. quaꝫ bapti-
zauit vl̄ criſmauit. ſi ē ep̄s. vl̄ audiuit ei⁹ cō-
feſſiōꝫ. ſacerdos debꝫ pn̄iaꝫ agere. xiij. annis.
ep̄s. xv. mulier religioni tradenda. xxxj. q. j.
Siquis ſacerdos. ⁊ c. Nō debꝫ. Et. xxvij. q. j.

868 De filia. ⁊ intelligit̃ cum peccatū eſt notori-
um de iure vel de facto. hodie tamē arbitra-
ria. Ex hoc ꝑpendit̃ quātum horrebāt ſācti
patres hoc ſacrilegium. et ītātum eccl'ia ſa-
cerdotes ꝯcubinarios vt iumenta inſipiētia
deſpicit vt ꝓhibeat eos a celebratōne miſſe:
⁊ diuinoꝝ officioꝝ. ⁊ fidelib' p̄cipiat ne au-
diant miſſas vel officia eorū vel percipiant
ſacramēta ab eis q̄ ſūt notorij fornicatores.
vt diſ. xxxij. c. preter hec. cū. §. ſe. Etſi moniti
nō deſiſtant: debent benefitijs ſpoliari. quod
ꝓpterea ſtatuit eccl'ia non quin eorum ſacra
menta ſint vera ſacr'a ī ſe ſicut cōfecta a bo-
nis. ſed vt vidētes ſe vitari ſaltim verecūdia
reſipiſcant. De hac tamen materia qūo t'les
debeant euitari hēs diffuſe ī tercia pte.

a **Tercius honoꝛ qui re- .§. iij.**
perit̃ ī homīe eſt. quia dicit̃ miniſter dei ſeu
ſeruus. hoc aūt eſt officium angeloꝝ. ſm il-
lud p̄s. Qui facis āgelos tuos ſpiritus ⁊ mi-
niſtros tuos. ⁊ Heb. j. Om̄es adminiſtratorij
ſpiritus ſunt. ſ. angeli. Et quia tota vita cle-
rici vel religioſi etiaꝫ ꝯuerſi eſt deputata ad
ſeruitium dei. ideo p̄cipue ꝑ excellentiam di-
cūtur miniſtri ⁊ ſerui dei. hiero. altari deſer-
uiens altaris oblatōne ſuſtentoꝛ. xij. q. j. Cle-
ricus. Seruire aūt d'o regnare eſt. ſm Greg.
⁊ in ſignum regie dignitatis poꝛtant coronā
capilloꝝ in capite. Certe magnus honoꝛ iſte
ſuire die noctuq; tanto dn̄o. Sed ſi domini
temꝑales qui īmūdi ſunt peccatis. querūt et
volūt habere ſeruos qui coraꝫ eis miniſtrēt:
mūdos ⁊ īmaculatos ſicut legit̃ de Nabucho
donoſoꝛ. q̄ fecit eligere ex hebreis iuuēculos
nobiles ſine macula ad ſeruiendū ei. ⁊ hi fu-
ert̃ Daniel Ananias Azarias ⁊ Miſael Da-
niel'. j. ca. Multomagis xp̄c deus qui eſt fons
mūdicie ⁊ puritatis vult habere miſtros pu-
ros et īmaculatos. p̄s. Ambulans ī via īma-
culata h' mihi miſtrabit (inq̄t dn̄s) ſ. idonee.
Unde ⁊ dr̄ Cant. ij. paſcit̃ inter lilia. ſ. ī men-
tibus caſte viuentium. Recte aūt tales caſte
viuentes dicunt̃ miniſtri dei: ſicut ⁊ angeli.
quia ī carne p̄ter carneꝫ viuere angelicū eſt
nō humanuꝫ. ait hiero. Talis ḡ clericus vel
religioſus cōmittens ſacrilegiū ꝑ opus luxu
rie vituꝑat miniſteriū ſuū. Hic nō intellexit
quia violat templum dei. Siquis cōmitteret
aliquod opus carnale ī eccl'ia cuiuſcūq; ꝯdi-
tōnis ſit. vtiq; magnū ſacrilegiū ꝑpetraret.
ita q' eccleſia ip̄a que erat ꝯſecrata indigeret
recōciliatōne ad hoc vt poſſint ibi diuina ce
lebrari. vt habet̃ de ꝯſec. diſ. j. Eccleſijs. qd̄ ī-
telligit hoſti. cū ē maīfeſtū. vide de hoc ī. iij.
pte ti. Sed nobilius templū dei ⁊ ſacrati' eſt
aīa rōnalis que ſe dn̄o deuouit ꝑ caſtitateꝫ.
etiamſi nō ſit virgo. Siquis (inq̄t apl's) tē-
plum dei violauerit: diſꝑdet illū deus. j Cori.
vj. vnde. xxvij. q. j. Sciendū eſt oībus q' deo

ſacrataꝝ femiaꝝ coꝛpora ꝑ votum ꝓprie ſpō
ſionis conſecrata eſſe templa ſcripturaꝝ te-
ſtimonijs cōprobant̃. Et ideo violatores ea-
rum ſacrilegi ⁊ (iuxta ſniaꝫ apl'i) filij ꝑditō-
nis noſcūt̃. Hinc ⁊ Greg. Si inter hoīes bo-
ne fidei ꝯtractus nulla ſolent ratōne diſſolui
q̄tomagis pollicitatio iſta quaꝫ cum deo q̄s
pepigit. ſ. de ſeruando caſtitatem. et ſine vin-
dicta nō poterit relaxari. xxvij. q. j Viduas.
Et ꝓpterea ne deueniat̃ ad iſtud ſacrilegiū. b
oꝛdinauit eccleſia q' clerici nō habitent cum
mulierib': nec mulieres ī domo clericoꝝ. niſi
ſtricto gradu conſanguinitatis de quo nulla
poſſit oꝛiri ſuſpitō. vt. lxxxj. diſ. c. cum oīb'.
⁊ diſ. ea. c. In omibus. dicit̃ ſolus. ſ. clericuſ
ad ſolaꝫ nulla religioīs ratō ꝑmittit accede-
re. Melius eſt em̄ duo q̄ vnus. Simul em̄ ſi
delius ⁊ tutius res agit̃. De religioſis etiam
dicitur q' cautela hec circa monachos ſerue
tur. vt remoti a familiaritate earum. ſ. mo-
nachi nec vſq; ad veſtibulum habeant acce-
dendi familiare ꝑmiſſum. Sed neq; abbateꝫ
neq; cum quē p̄fecerit extra eam que p̄eſt lo-
qui virginibus xp̄i aliquid quod ad inſtitu-
tioneꝫ earum ꝑtinet: licebit. nec cum ea ſola
que p̄eſt frequenter loqui eos opoꝛtet. ſꝫ ſub
teſtimonio duarum vl' trium earū ita vt ra-
ra ſit acceſſio. ⁊ breuis oīno locutō. hec. xviij
q. ij. In decima. Et in omibus pene dioceſib'
eſt ſententia excōmūicatōis lata ꝯtra ingre-
dientes monaſteria monialiū ſine cauſa ne-
ceſſitatis. cōtra laicos. clericos ⁊ religioſos.
quam incurrūt etiam ip̄e moniales ſi ext̄ ca-
ſum conceſſū ꝑmittant intrare. Et q̄diu mo
naſteria ſe cuſtodiunt ab huiuſmōi familia-
ritatibus ſiue cum religioſis ſiue cuꝫ clericis
ſiue cum laicis bene ſe habent ⁊ ī bona fama
ſunt. Si autem familiaritates ſumant effici
untur ꝓſtibula ⁊ ſpelunce latronū. Et mirū
eſt q' cum ꝯſanguinei earum cupiāt eas ho
neſtas eſſe ⁊ caſtas. dant eis omnē occaſionē
in cōtrarium. Nam ad eas accedūt iuuencu-
le cum oꝛnatib' ⁊ vanitatibus ſuis. Ibi faci
unt ꝯuiuia. ibi loquūtur de factis domoꝛum
ſuaruꝫ. ibi de matrimonijs ⁊ alijs que nō de-
cet. ibi aliquādo tripudiant. Et que ſunt hec
niſi quedaꝫ incitamēta ad ea que ſūt mundi
⁊ excitamēta ꝯcupiſcentie: Sicq; obſcurata
mens nō intellexit ſtatum ſuuꝫ: ſed compat̃
⁊ ſimilis efficitur iumētis tradens ſe omī im
mundicie. ⁊ ſicut iumenta nō erubeſcunt de
turpibus actibus. ita frons meretricis fa-
cta eſt eis vt nō erubeſcāt d' tātis ſacrilegijs.
Sed ꝯmūiter tales que viuūt vt iumēta. mo
riunt̃ vt iumenta ſine intellectu. coꝛpa ver-
mibus coꝛrodentibus ⁊ eſibus. aīe caloꝛibus
⁊ frigoꝛibus inferni expoſitis. Quantum autē
ſit periculoſum clericos vel religioſos famili-
ariter ꝯuerſari cum femīs etiaꝫ ſpūalibus.

exempla habes de epō Fūbane ciuitatis. qui
cum recepiſſet quandā iuuēculaȝ ī domo ex
pietate iam raptus erat ad cōcupiſcētiā ei⁹.
ſup quo iudeus qui poſuit ſe ī via conſtitut⁹
ſupueniente nocte ad dormiendū ī quodam
templo idoloꝝ ſigno crucis facto ſup ſe vidit
ſathan exigentem rationeȝ a complicib⁹ ſuiſ
de malis ad que homīes ꝓuocauerūt. Et cuȝ
quidam ex eis ſurgens añ principem rettu-
liſſet quō illum epm̄ iam induxerat ad cōcu
piſcentiaȝ illius femīe mirabiliter cōmenda
tus ⁊ laudatus fuit ⁊ cōfortatus vt pficeret
īchoata ⁊c̄. Quib⁹ omīb⁹ viſis intimatis illi
epō p̄ iudeum penituit peccati ſui illaȝ remo
uendo. ⁊ iudeus baptizatus eſt. habet̄ hoc in
libro dialogorū. In legēda. b Andree habet̄
aliud exemplū de illo epō qui erat ita deuo-
tus. b Andree qui diabolum in ſpecie mulie
ris ſpūalis ī domo ⁊ prandio receperat: ſȝ be
atus Andreas ī forma peregrini apparēs de-
texit maliciam eius. In vitis patꝝ etiaȝ ha-
betur aliud ſimile primo exemplo de quodā
patre in heremo cōſtituto qui inciderat ī for
nicationem.

Capitulum nonū de filiab⁹
luxurie. ⁊ p̄mo de Cecitate mētis.

a Poſt ſpecies luxurie vi
dendū de filiab⁹ eius. quas Greg.
in. xxxi. moral̄. ponit eſſe octo vi
delicet.

Cecitatem mētis.	Amorem ſui.
Precipitationē.	Odium dei.
Incōſideratōeȝ.	Amorē pn̄tis ſeculi.
Incōſtātiam.	Deſpatōȝ vite future.

Si que alie ponūtur ab Iſidoro. vt ſtultilo-
quiū. ſcurrilitas. lubrica verba. ⁊ huiuſmōi.
ad p̄dicta reducuntur. Et q̄uis iſta peccata
noīata orianf ex alijs peccatis. frequēti⁹ tñ
⁊ cōius ex luxuria. ⁊ ideo filie eius dicūt̄. Et
ipa diſtincte intelligere vt ſūt ſpecialia pec-
cata ſine adiunctōe alterius difficile eſt niſi
odium dei ⁊ deſpatio futuri ſeculi. ⁊ difficili⁹
qñ ſūt pcc̄a mortalia actu ppetrata. Quō aūt
oriant̄ ex luxuria ſic declarat. b Tho. ſecūda
b ſcđe. q. cliij. Qñ inferiores potentie vehemē-
ter afficiūt̄ ad ſua obiecta. cōſequēs ē vt ſu-
periores vires impediāt̄ et deordinēt̄ ī acti
bus ſuis. Per vitiū aūt luxurie maxime ap
petitus inferior. ſ. cōcupiſcibilis. vehemēter
intendit ſuo obiecto. ſ. delectabili carnis ꝓpt̄
vehementiam delectatōnis. Ideo ꝯſequens ē
vt p luxuriam maxime ſupiores vires deor-
dinent̄. ſ. rō ⁊ voluntas. Sūt aūt rōis q̄tu
or actus ī agēdis. Prim⁹ eſt ſimplex intelli-
gentia que apprehēdit aliquē finē vt bonū. et
h actus impedit̄ p luxuriā. ſm illud Daniel̄
xiij. Concupiſcentia ſubuertit cor tuū. ⁊ q̄tū
ad hoc ponitur cecitas mentis filia luxurie.
Scđus actus eſt ꝯſiliū de his que agenda ſt̄
ꝓpter finem. hoc etiam impedit̄ p luxuriaȝ.
Unde Terētius d̄ amore libidinoſo ait. Que
res nec conſiliū in ſe nec modū habet vllum.
eam ꝯſilio regere nō potes: et ſic ponit̄ filia
luxurie p̄cipitatio. Tercius actus eſt iudici-
um de agendis. ⁊ hoc impedit̄ p luxuriaȝ. et
ſic ponit̄ īcōſideratio. d̄ quo pt̄ exponi illud
Iſa. v. Opa manuū eius nō cōſideratis. vt. ſ.
ſm illa iudiceris ī agendis. Quartus ē p̄ce-
ptum rōis de agendis. ⁊ hoc impedit̄ p luxu
riā. quia impetu ꝯcupiſcētie impedit̄ ne ex-
equat̄ qd̄ ꝓpoſuit. ⁊ ſic ponit̄ incōſtātia Sa-
pieñ. iiij. Incōſtantia ꝯcupiſcentie. i. q̄ ꝓce-
dit ex ꝯcupiſcentia tranſuertit ſenſū. ſ. de eo
qd̄ cogitauerat et deliberauerat. Volunta-
tis aūt duplex eſt actus. Primus ē appetit⁹ fi-
nis. ⁊ q̄tū ad hoc deordinat̄ volūtas inordi-
nate appetēdo ⁊ eligendo delectatōeȝ venereā
vt fineȝ. ⁊ ſic ponit̄ filia luxurie amor ſui. de
quo apl's. ij Thimo. iij. Erūt homīes ſeipſos
amātes: ⁊ ita voluptatum amatores magiſq̄
dei. Et p oppoſitū ponitur alia filia luxurie
que d̄r odiū dei inq̄tū. ſ. ꝓhibet hmōi delecta
tiones. p̄s. Dextera tua. ſ. potentie tue inue-
niat eos qui te oderūt. ſ. ad puniēduȝ. Secū-
dus eſt appetit⁹ eoꝝ que ſūt ad finem. ⁊ q̄tuȝ
ad hoc deordinat̄ voluntas p luxuriaȝ. ⁊ ſic
ponitur filia eius amor pn̄tis ſeculi. vt. ſ. q̄s
fruatur voluptatibus ad placituȝ. ſm q̄ Ia-
cobi d̄r. iiij. ca. Qui voluerit amicus eſſe hui⁹
ſeculi: inimic⁹ dī cōſtituet̄. Aliud d̄r deſpatō
futuri ſeculi. quia. ſ. duȝ q̄s nimis detinet̄ a
carnalib⁹ voluptatib⁹. nō curat ſȝ faſtidit ve
nire ad ſpūales et eternas delitias. Ad Eph.
iiij. deſpantes ſemetip̄os tradiderūt ſe impu-
dicitie.

Prima ergo filia luxurie .§. j.

d̄r Cecitas mētis: q̄ in hoc ꝯſiſtit cū quis ita c
mēte dedit⁹ eſt ⁊ occupatus circa mūdana et
p̄cipue circa carnalia opa q̄ neſcit cogitare
de deo eligendo eum vt vltimū finem ſuoruȝ
operū: nec de alijs ſpūalib⁹ rebus cogitat vt
debet ꝓpter immerſioneȝ ī carnalib⁹. Tali vi
tio tentus dicere valet illud p̄s. Lumen ocu
lorū meoꝝ: et ipm̄ nō eſt mecū. Et ſicut cec⁹
corpaliter non pt̄ illumiāri ope nature. q̄ d̄
p̄uatiōe ad habitū nō eſt regreſſus. ita ⁊ for
tius nec ſpūaliter. Uñ p̄s. Dñs illuminat ce-
cos. Et p declaratōe materie ſciendum q̄ tri-
plex eſt cecitas mentalis ſeu ſpūalis.
Pria cecitas in ſupnalia nō intuendo.
Secūda cecitas in neceſſaria neſciendo.
Tercia cecitas in ſalutaria nō eligēdo.
De prima Sophonie. j. Ambulabūt vt ce d
ci: q̄ dño peccauerūt. Greg. Cecus eſt q̄ lumē
ſupne ꝯtemplatōis ignorat. Sed pro maio-
ri horuȝ declaratione dicit. b Tho. ſcđa ſcđe.

870 q.xv.q̃ cecitas mentis eſt priuatio eius qđ ē
principium intellectualis viſionis. Hoc aūt
principium eſt triplex. Unū eſt lumen rati
a onis naturalis de quo p̄s. Multi dicunt quiſ
oſtendit nobis bona que debemus facere: cui
queſtiōi reſpōdens ait. Signatū eſt ſup nos
.i. impſſum in pte ſuperiori ī anima. lumen
vultus tui dn̄e. lumē vultus.i. naturalis ra-
tōnis.i. lumīoſus vultus tuus. Dicit autē
ratio vultus dei. quia ſicut p vultū vnus hō
eſt ſilis alteri. ita p ratōz ſumus ſimiles dō.
⁊ ſicut p vultum cognoſcimus homīez. ita p
ratōem cognoſcim⁹ quid agere debeamus. Et
cū ſit hoc nature nūq̃ poteſt tolli ab aīa. ſed
impeditur ab actu eius aliqñ pp̄ter defectuz
ī viribus inferioribus.ſ.ī imaginatōe ⁊ fan-
taſia. vt patet ī amentibus. ⁊ etiaz aliqñ per
opus incātatōis vt de preſtigijs magorū qui
faciūt apparere vnuz p alio. ſicut fecit mag⁹
⁊ huiuſmōi. Secundū eſt lumen habituale
ſupadditum lumini naturalis ratōis.ſ. lumē
gratie. de quo poteſt intelligi illud p̄s. In lu
mīe tuo.ſ. gratie. videbimus lumen.ſ. glorie.
Et hoc interdū priuatˀ aīa. ⁊ eſt pena pecca
ti. ſed cōmūe omī peccato mortali. de quo dr̄
Sapieñ.ij. Malicia eñ illorū excecauit eos.
In huius figurā legitˀ q̃ Sedechias rex hie-
ruſalem cū fuit captus a Nabuchodo.ſ. fugi
ens ab hieruſalē excecat⁹ fuit a Nabuchodo.
coram eo filijs occiſis. ⁊ captiu⁹ ductus ī ba
biloniam.iiij Reg. vlt. Sic qui capitur a dia
bolo rege babilonie.i. cōfuſionis. p peccatū
excecatur ⁊ priuatur lumīe gratie. mortifica
tis filijs bonorum operꝫ. demū ducitˀ captiu⁹
ī infernū. Talis ḡ dicere valet. lumē oculorꝫ
meorꝫ non eſt mecū. Terciū principiū viſi-
onis intellectualis eſt aliqđ primū intelligi-
bile (vt dicit Aug⁹) per qđ intelligit alia cui
mens homīs poteſt intēdere ⁊ nō intendere.
Qꝫ aūt non intēdat procedit ex hoc q̃ habet
ſpontanee volūtatem ſe auertentem a conſi-
deratōne illius principij. qñqꝫ ex hoc q̃ occu-
pat ſe circa ea q̄ magis diligit. ⁊ vtroqꝫ mo-
do cecitas iſta eſt ſpeciale peccatū.ij Pe.j. cui
iſta.ſ. ſpiritualia intellecta p̄ſto nō ſūt cecus
eſt. Et quia (vt dr̄ ī.iiij. ethicorꝫ) vnuſqſqꝫ ea
ī qb⁹ delectatˀ: operatˀ. ex eo q̃ delectatō facit
applicare intētionem ad opus. cōtraria vero
nequaq̃ vel debiliter operatˀ. Hinc eſt q̃ cum
delectatōnes veneree ſint maxime inter dele-
ctatōnes corpales. intentio homīs p vitium
luxurie quod eſt circa huiuſmōi delectatōes
maxime applicatˀ ad corporalia. ⁊ p ꝯſequēs
debilitatˀ operatō mentis circa intelligibilia
⁊ ſic ponitˀ cecitas mentis filia luxurie. que
excludit cognitionem guſtatiuaz.ſ. ſpiritua
liū bonorū. p̄s. Supcecidit ignis.ſ. luxurie.
⁊ nō viderūt ſolem.i. lumen ſpiritualium bo
norꝫ nō habuerūt. In huius figuraz legitur
Thob.ij. q̃ cuz ex labore fatigatus ſedēs dor-
miret ſtercora irundinū cum caderent ſuper
oculos eius excecauerūt ipm̄. Sic euenit ali
quādo q̃ fatigatus homo ex occupationib⁹
mūdi dum dormitat circa ſpūalia cōſideran-
da ⁊ cuſtodiam ſui. irūdines.i. demones qui
in aere diſcurrūt. ſtercora calida.i. ſuggeſti-
ones luxurie fetide immittūt ſup oculos mē
tis que excecāt ⁊ priuant lumine ſpūali. Ta
lis ergo dicere poteſt lumen oculorum meo-
rum nō eſt mecum.

Secunda eſt cecitas .§.ij.

ignorantie de qua Saluator Math.xv. Cec⁹ b
ſi ceco ducatū p̄ſtet ambo in foueaz cadūt.i.
ſi ignorās gubernet ignorantez ⁊ regat. Tri
plex eſt autem ignorātia.ſ.
Ignorātia iuris humanalis.
Ignorātia legis diuinalis.
Ignorātia operis ꝯtingibilis.
De his poteſt intelligi illud. p̄s.lxxxj. Neſci-
erūt quo ad primā. neqꝫ intellexerūt quo ad
ſecūdaz. in tenebris ambulāt quo ad terciā.
Ignorātia iuris humanalis eſt ignorātia c
legum ⁊ ordinatōnū que facte ſunt ab homi
nibus eccleſiaſticis vel ſecularib⁹. ſicut ſunt
leges canonice facte a cōcilijs vel a ſummis
pontificibus que obligant omnes catholicoſ
cum fiunt vniuerſaliter. vl' facte a p̄latis in-
ferioribus que obligant tm̄ ſubditos eius. Et
leges ciuiles facte ab impatoribus vel etiam
a pprijs ciuitatibus. vt ſunt ſtatuta. Cuz hu-
iuſmodi ligent cum iuſte ſunt in foro ꝯſciē-
tie oportet q̃ ſciātur. aliter ſeruari nō poſ-
ſent. ⁊ precipue que ptinent ad mores cōmu-
nes xp̄ianorum. vt ceſſare ab operibus ſerui
libus dieb⁹ ſtatutis ab eccleſia. ieiunare cer-
to tempore. audire miſſaz diebus feſtiuis. ſe-
mel in anno cōfiteri ⁊ commūicare. ⁊ huiuſ-
modi. de quibus infra dicetˀ. Et ſimiliter vbi
quis moram trahit cōtinue debꝫ ſcire leges.
ſtatuta ⁊ laudabiles conſuetudines eorum.
al' ignorando quaſi cecus dici poteſt. ⁊ nō eē
ſine culpa Iſaye.v. Propterea ductus eſt ca-
ptiuus pp̄lus meus. quia nō habuit ſcientiā.
ſ. agētorꝫ. Aug. Nō omīs ignorās immunis
eſt a culpa. illis ḡ ignoſci nō poterit qui a q̄
diſcerēt habētes opaz nō dederūt. diſ.xxxvij.
§.ſi. Quedaz atˀ ordinatōes ⁊ materie que cō
cernūt pticulariter aliquos ſtat⁹ hoīm. vt q̄
ptinēt ad admīſtratōnez debitā ſacramētorū
debent ſcire curati. Medici q̄ dirigūtˀ ad eos
Juriſpiti q̄ ſtatuūtˀ d eis. ⁊ hmōi. al' iſta ne-
ſciendo pccm̄ ē. Vn̄ Leo papa. Si ī laicis ī-
tolerabilis videtˀ inſcia. q̃to magis ī clericis:
nec excuſatiōe digna eſt nec venia. diſ.xxxv-
iij. ⁊.j.q.iiij. circa finē. vbi agitˀ de ignorātia.
Dicit ibi glo. magna ⁊ notabilis. q̃ ignoran
tia iuris canonice ſiue ciuilis quaſi neminē
excuſat. Et hoc intellige cū ius tale eſt quod

aliquis defacili p ſeipm̄ ſcire potuit vel etiā
per alios. dum tñ̄ habuit copiam peritorū.
ff. de iur̄. ⁊ fac. igno. l. iuris. Ignorātia le-
gis diuinalis que facit hoīem cecū ſpiritua-
liter eſt neſcire que habētur ī ſacris ſcriptu-
ris ptinentia ad fidem ⁊ bonos mores neceſ-
ſarios ad ſalutem. Ipa eñ̄ ſcriptura ꝯtinet
quicqd ptinet ad ius naturale. Naꝫ illa duo
principia iuris naturalis. ſ. quod tibi nō vis
fieri: vide ne alteri facias. ⁊ quecunqꝫ vultis
vt faciant vobis hoīes: vos facite illis. ha-
bent̄ in ſcriptura ſacra. primū eſt Thob. iiij.
aliud Math. vij. Decalogus etiam qui eſt de
iure naturali habet̄ Exo. xx. Dicit etiā Gra-
tianus. j. q. iiij. circa fineꝫ. ꝙ ignorātia iuris
naturalis omībus adultis damnabilis eſt. ⁊
ꝺ hac ītelligit̄ illud apl̄i. j Corin. xiiij. Igno
rans. ſ. que ſunt de iure naturali: ignorabit̄.
ſ. a deo. i. reprobabit̄. ⁊ illud Greg. Qui ſtul-
tus fuit in culpa. i. ignorās. ſapiēs erit ī pe-
na. diſ. xxxviij. Qui ea. Qui ergo ppetraret
fornicatōnem. vſuram. ſimoniam. mendaciū
et h⁹. ex ignorātia neſciens eſſe peccata non
excuſat̄ a damnatione. Sed vltra huiuſmōi
p̄cepta naturalia ptinēt etiaꝫ ad ius diuinū
ea que ſūt fidei. ſ. articuli et ſacramēta eccle
ſie que ī articulis comp̄hendūt̄. Quis eī rō
naturalis non dictet iſta aut doceat tñ̄ dictat
ratio vt credat deo in his que ipe reuelat in
ſcripturis que p̄dicata ſūt et publicata p or
bem et cōfirmata miraculis. Et ſiquis nat⁹
eſſꝫ in deſerto vel in carcere ⁊ nūꝙ̄ que ſūt fi
dei audiret nō excuſaret̄ nō credendo. Et rō
eſt. quia dicūt doc. ꝙ talis ſi nō ponat obſta-
culū gratie ſed viuat lege nature. diuina gra
tia nō deſereret eum quin ei reuelaret credē
da. ſicut euenit Cornelio Centurioni Act. x.
Tenetur ḡ quilibet ſcire explicite articulos
fidei ſicut ⁊ credere tenetur. ſm̄ Tho. ſcd̄a ſe-
cūde. q. j. Iſta eñ̄ publice p̄dicat ⁊ ſolennizat
eccl̄ia. Et q̄uis quilibꝫ fidelis ex cōgruentia
deberet ſcire ſymbolū. nō tñ̄ eſt neceſſariuꝫ:
nec etiam ꝙ ſciat ordinate articulos ſicut et
p̄cepta decē dūmodo ſciat talia eē p̄cepta im-
plenda. ⁊ illa credenda. De ignorātib⁹ igitur
iſta dicitur inuectiue hiere. ij. Tenentes legē
neſcierūt me. ⁊ Sapieñ. ij. Neſcierūt ſacramē-
ta dei. Sed vt dicit Greg⁹. ī moral̄. Qui ea q̄
dei ſūt: neſciūt. a domino neſciūtur. i. repro-
bantur. Et hiero. In his que ptinent ad ius
diuinū. vt p̄cepta et articulos. parꝝ diſtat in
vitio decipere vel decipi poſſe xp̄ianū. xvj. q.
j. c. Si cupis. Talis ḡ dicē poteſt. lumen ocu
lorum meoꝝ nō eſt mecū. Et vt dicit̄. ij Reg.
v. Cecus et claudus non intrabūt in templū
dei. ſ. glorie. Cecus qui ignorat que ſunt dei.
Claudus qui ea ſciens nō opatur recte. Eſt
⁊ tercia ignorātia. ſ. facti. hec nō excuſat ni-
ſi quis det opam rei licite ⁊ adhibeat ſuffici-
entem diligentiam. ⁊ intelligēda eſt ſic regu
la iuris. Ignorantia facti nō iuris excuſat.
ex̄t de reg. iur̄. lib. vj. Et vt dicat̄ quis p̄ba-
biliter ignorare vt excuſet̄. dicit glo. j. q. iiij.
circa finē. ꝙ nō requirit̄ ꝙ ſit nimis ſcrupu-
loſus ⁊ curioſus: nec ꝙ ſit nimis negligens ⁊
diſſolut⁹ ī inquirendo. ff. de iur̄. ⁊ fac. igno. l.
Nec ſupina. Siq̄s ḡ dat opam rei illicite vñ̄
ſequit̄ aliquod malū quod neſcit nō excuſa-
tur: puta ſiq̄s ludit ad ſaxa vel cū gladio. et
ide pcutit aliquē quē nō videt: ⁊ ſic ignorat.
nō excuſatur a pcc̄o. Sicut etiā ñ excuſat̄ a
pcc̄o Lamech qui occidit ſagitta Caym eſti-
mās eū ferā ſilueſtrem ex eo ꝙ cecus erat. vñ̄
illicitū erat ei opus venandi. licꝫ facēt ꝓpter
vtilitatem. ſ. pelliū p veſtimētis. Nā tūc car-
nib⁹ nō veſcebāt̄. vt. xv. q. j. §. obijcit̄. Sicut
etiaꝫ nō excuſat̄ Loth cū neſciens filias eſſe
ſuas cōcubuit cū eis. qꝛ opaꝫ dedit rei illici-
te. ſ. ebrietati: vnde ſecuta eſt illa ignorātia.
Unde Aug. Inebriauerūt Loth filie eius. et
ſe neſcienti miſcuerūt. quapropter culpādus
eſt nō q̄tū ille inceſtus: ſed q̄tū illa ebrietas
meretur. xv. q. j. Inebriauerunt. Scd̄o vt
ignorātia facti excuſat: oportet ꝙ adhibeat̄
debita diligentia. Unde ſiq̄s aptādo tectū do
mus pijcit tegulas fractas in via qd̄ in ſe eſt
opa licita. ſꝫ nil dicit nec ſignū poīt ſup hoc
ꝓpt̄ qd̄ aliquis trāſit iuxta neſciens opus. et
ex tegula ab illo piecta frāgit caput illi ne-
ſciens aliqueꝫ tranſire inde certe nō excuſa-
retur a culpa nec a pena. Uñ̄ nec excuſāt̄ iu
dei in facto q̄ crucifixerūt xp̄m. qꝛ neſciebāt
ipſū eſſe xp̄m: nec credūt adhuc veniſſe meſſi-
am. ⁊ hoc qꝛ nō adhibuerūt debitaꝫ diligen-
tiaꝫ. vt dicit Gratian⁹. j. q. iiij. §. vlt. circa fi
nem. Unde ipe xp̄c dicebat eis. Scrutamini
ſcripturas: ⁊ ipe ſunt que teſtimoniū prohi-
bent de me Iohis. v. Propterea dicitur Yſa.
vj. Excecа cor pp̄li huius. i. pmitte. Iſta ma-
teria eſt multum dilatabilis. puta ſiquis ac-
cedit ad ſacramentū neſciens. i. non recorda
tur de aliquo crimīali cōmiſſo. vel ſententia
quam incurrit ⁊ ſic non ꝯfeſſus ex eo qꝛ nō
adhibuit diligentiam ad examīandū cōſciē-
tiam nō excuſatur a peccato. Nota ſi p̄latus
vel p̄ſfamilias neſcit crimīa maīfeſta ſubdi-
torū qꝛ non adhibet diligentiā ad inquiren-
dum. ⁊ ſic nō punit. ⁊ illi peunt. nō excuſat̄.
ſicut nec Heli non puniens pcc̄a filioꝝ. vnde
regula iuris. Non pt̄ eſſe recta excuſatio pa
ſtoris. ſi lupus oues comedit ⁊ paſtor neſcit
ex̄t de reg. iur̄. Quis. Et quia multa ī hmōi
ppetrantur. ideo dicere poteſt quilibet. lumē
oculoꝝ meoꝝ nō eſt mecum. ⁊ veniaꝫ petere
cū codeꝫ. Ignorantias meas ne memineris.
Sciendū autē ꝙ tripliciter pt̄ ꝯtingē igno-
rantia in qualibet predictarum. videlicet af
fectata. craſſa. et inuincibilis. Ignorantia

872 affectata eſt qua quis refugit que debȝ ſcire
vt liberius peccet ſine remorſu conſcientie.
de qua ps. Noluit intelligere vt bene ageret.
Et Job. xxi. dixerūt deo. recede a nobis. ſcie-
tiaȝ viarū tuarū nolumus. hec ī nullo excu
ſat. imo ſm Tho. auget. ſeu potius eſt ſpeci-
ale peccatū. ¶ Secūdo ignorantia ſiue iuris
ſiue facti poteſt eſſe craſſa ⁊ ſupina. ⁊ hec eſt
quādo quis nō recuſat ſcire imo vellet ſȝ ne-
gligit addiſcere pp̄ter laboreȝ ſeu occupatō-
nes. ⁊ inquirere vel legere cū poſſȝ. hec q̄tū
ad ea que quis debet ſcire ſiue reſpectu xp̄ia-
nitatis vt p̄cepta dī ⁊ eccl'ie. ſeu reſpectu ſta
tus vel officij vel exercitij vt religioſus q̄ ſūt
